

Dissertatio inauguralis medica de pollutione nocturna / [Georg Wolfgang Wedel].

Contributors

Wedel, Georg Wolfgang, 1645-1721.
Rofinck, Werner, 1599-1673.
Universität Jena.

Publication/Creation

Jena : Typ. Krebsianis, 1711.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/a7ac7u87>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

ANNE IESV!

DISSERTATIO IN AVGURALIS MEDICA,

DE

POLLUTIONE NOCTVRNA,

Iusti & Autoritate Illustris Facultatis Asclepiadeæ

in florentissima Salana,

PRÆSIDE

VIRO NOBILISSIMO, EXCELLENTISSIMO,
EXPERIENTISSIMO,

DN. GVERNEROROLFINGIO,

Phil. & Med. Doctore & P.P. supra laudem

posito, Academiæ totius Seniore eminentissimo,

Domino Præceptore & Patrono suo gratioſo,

PRO LICENTIA

Summos in arte medica honores, Priuilegia & insignia

Doctoralia solenniter consequendi

publicæ & placida ventilationi subiecta.

GEORGIO WOLFGANGO VVVEDELIO,

Sprembergensi Lusato,

IN ACROATERIO MAGNO,

horis ante- & post- meridianis,

ad d. Maii, 1667

Celsus L. 6. de re medica cap. 18.

Sermonis pudorem & artis præcepta seruare simul, difficile
non modo est, sed etiam impossibile.

JENÆ, TYPIS CHRISTOPH. KREBSII. M DCC XI.

SERENISSIMO. CELSISIMO QVE.
PRINCIPI. AC. DOMINO.

DOMINO.

ERNESTO.

DVCI. SAXONIÆ. IVLIÆ. CLIVIÆ.
AC. MONTIVM. LANDGRAVIO.
THVRINGIÆ. MARCHIONI.

MISNIÆ.

PRINCIPALL. DIGNITATE. COMITI.
HENNEBERGIÆ. COMITI. MARCHIÆ ET. RA-
VENSBERGÆ. DOMINO. RAVENSTEINÆ.

PATRIÆ. PATRI.

PIO. IVSTO. PACIFICO

PRINCIPI. AC. DOMINO. SVO.
CLEMENTISSIMO.

CVM.

HVMILLIMA. SVBIECTIONE.

SALVTEM.

SERENISSIME PRINCEPS,

ut scilicet etiam in metropolitanae officiis
in omni non sumpiteneque inibi

Extant auctorum facinorum Sa-
xonicae ruræ glorioissima mo-
numenta, quorum splendorem ad-
miratus orbis, fortitudinem stu-
puere hostes, felicitatem & excel-
sa animi dona deprædicauere vni-
uersi.

In Te hæc sunt & omnia & cu-
mulata. O felicem terram, quæ
cum felicitatis magnitudine per se
clara esset, prouidentiæ virtutum-
que Tuarum accessione redditæ
est admirabilis!

Extant in Te piæ ac diuinæ men-
tis dotes tantæ, vt paucis volunta-
tem auxeris æmulandi, consequen-
di locum reliqueris nulli,

Te Traiano meliorem, Te Augusto feliciorem, Te delicias humani generis quis non optimo iure reputat?

Natura Te virtutibus omnibus cumulauit, Tu, omne studium ad communem utilitatem traducens, vniuersas illi repræsentas. Quis fidei implorauit Tuam, qui a Te neglectus sit? Quis iustitiam expetuit quem Tu non protexeris?

Si nulla alia ad solidæ & omni leculorum memoria vieturæ gloriæ amplitudinem via patet principi, quam a subditis diligi & obseruari: Si nullum diuturnius nominis encomium, quam quod patriæ præstat defensio, quam gregis & legis obseruantia: sane fama vestra, solis contermina limitibus, futuræ ætatis vniuersæ memoria excepta, omnem

omnem temporis iniuriosam longinquitatem superabit.

Quid de pietate memorem, quid de orthodoxæ religionis fero? Ecclesiæ fulcrum, pietatis exemplar viuum Te terris interesse voluit fatorum benignitas.

Cum erga patriam, erga academiam, erga totum orbem Christianum Tuorum meritorum magnitudo & præsentis & superioris seculi gloriam non solum æquarit, verum quoque superarit, quei potuit tam luculenta fama vel apud me non illustris esse?

Hostes ipsi & peregrini, hi admirantur, illi vereantur animi magnitudinem, iustitiae expromptum cultum, pietatis acerrimum zelum, sapientiam diuinam: nos dissimulemus?

Periniquum videbatur mihi , si
cuius cæteri omnes meminissent,
ego contemplatus sapientiam , for-
tunam , fortitudinem non sine mi-
raculo , excluderer.

Euge, SERENISSIME PRINCEPS,
diu nominis ac famæ æternitate ,
quam viuus accepisti sine exem-
plo, fruere ! Devs Te diu sospitet !

Accipe , si laxata negotia , pro-
patria deuota , permittent viam ,
præsens serenissima fronte subie-
ctissimi cultus specimen , & quam
clementia vestra fœnerat vniuersis ,
in me quoque deriuet gratiam.

SERENITATI VESTRÆ

Dabantur in Athenæo Salano
d. 18. Maii 1667.

Subiectissimus

Georgius Wolfgangus Wedelius.

SA

IOVA



IOVA IVVA!

EXORDIUM.

Vere & eleganter Ascreus canit:

Νέσσοι δ' ανθεώποισιν ἐφ' ημέρῃ, ήδ' ἐπὶ νυκτὶ^α
ἀπόμαζε Φοιτῶσι, κανὰ θυητοῖσι Φέργσαγ
συγῆ.

*Morbi hominibus tam interdiu, quam noctu
vtronei oberrant, mala mortalibus ferentes
tacite.*

Innuens, nunquam tutam esse fidem, nullum a morborum insultu liberum esse monumentum, semper Hannibalem ad portas.

Sunt tamen morbi aliqui, in primis serosæ ortū qui debent colluuieī, noctu vel inuadentes, vel magis ob lunæ dominium affigentes. Dolores nocte ingruentes exasperantur, qui interdiu, pluribus intento sensu, adeoque ad singula minore, sopiebantur. Noctu inuadit ephialtes, terrificumque incumbentis ponderis exhibet figmentum.

Grassantur noctu lucifugæ, gaudentque tenebris suam obuelare nequitiam, rapiendo, capiendoque, quidquid commodum occasio obtulerit. Sic Morpheus agit noctu, quod interdiu consequi non poterat, varias menti offrendo figuræ. Præ reliquis tamen, quod dies antea & lux obtulerat amabilis speciei, hoc nox adumbrare, & faliendo obuertere solet.

Et in specie affectus, de quo in præsentia acturi sumus, nocturnus est, ubi mens & imaginatio nostra decepta

- - - *decepta cupidine falso,*
flexanimem Venerem se pati persuasa, idcirco nec suo
defutura symbolo, sed partes suas largo potius redhosti-
mento tueri satagens, deeipitur, vt solet fieri ab insomniis,
quæ vmbram rei pro re ipsa relinquunt.

Ea propter, cum prolixiori dignus sit excussione, loco
Disputationis Inauguralis & solennis videndus sistitur.

*Quoniam vero nostra bæc in literarum studiis peregrina-
tio, sine superna luce, miserabilis quædam erratio est, di-
cente Scaligerø, Tu, Domine Iehoua Zebaoth, da scientiam
creaturæ, vt creaturam tuam intime noscat, se primum,
cætera præter se, propter mandatum charitatis tuæ, vlti-
mo in Te omnia & super omnia.*

CAPVT I.

definitionem *ονοματωδη* exponit.

Profecto sapientis est, prosequi definitiones; sunt siquidem ad
scientiam *ωραίστεις* immediate. Nihil cordato viro dignius,
quam definire, verba sunt illustrissimi Scaligeri l. de plant.
p. m. 210.

HOMONYMIAM primo loco delibare opus videtur.
Triplex in scholis medicis communiter traditur semi-
nis effusio. *Prima* *υατ'* *ἐζοχὴν* dicitur *gonorrhœa*, vel cum ad-
iectione, *simplex*, quam statuunt fieri sine vlla voluntate &
voluptate, imo cum dolore, de die potissimum & nocte, vt
exinde quasi perpetuo madeant linteamina.

Altæn species est *gonorrhœa virulenta*, quæ est a conta-
gio & lue venerea, & pariter cum virore quodam & fœdi-
tate fluxum seminalem arguit. *Tertia* denique omnium com-
munissima est *pollutio nocturna*, de qua in specie h.l. acturi sumus.

Ne inficiis forsitan æquiocatio dubium moueat nomi-
nis: non sumitur *pollutio nocturna* a nobis pro mictione,
inuoluntaria in lectum: non accipitur pro albo profluvio
mulierum, neque pro naturali mensium expurgatione, sed pro
effusione seminis noctu facta.

Pollu-

Pollutam dici a Mose uxorem, quæ alteri miscetur viro,
aiunt Caluin. & Schard. in lexic. citantque Connatum.

SYNONYMA occurunt non pauca. Profluum nocturnum dicit *Schwalb. Disq. Therap. sect. 10. p. 190.* Genitram nocturnam somno sparsam alias. Veneris insomnia Latinis dici, autor est *Fuchsius compend. med.* Nominatur & gonorrhœa nocturna. Nocturna ludibria appellat *Mercurialis consil. med.* 9. pag. 34. addit, ut plerique Latini appellant.

Non possum, quin ad hanc philologiam nominalem adducam *Lucretium lib. 4.* quo manuducente a pollutione nocturna vestem non tam cruentari, quam infici putat *Gifanius.*

*Incitat (libido) irritans loca turgida semine multo,
vt quasi transactis sepe omnibus rebus profundant
fluminis ingentes fluctus, vestemque cruentent.*

Vid. *Horst. manuduct. ad med.*

*extat in sacris locus de iis, ἐποιεύνται δέ μάρτυρες σάρκα μιάνται.
σιν, qui in somniis delusi carnem polluant Epist. Iud. 7. 8. Nolumus autem Thicologorum expilare scrinia, & disquirere, an de his illo loco agatur, qui pollutionem nocturnam patiuntur.*

Egregie quoque ad hanc *Φιλολογίαν οὐομαστικὴν* facit, quod in sacris extat, affectu hoc correptos pro immundis habitos fuisse usque ad occiduum solem, & de sacrificio edere prohibitos, nisi prius loto corpore. *Leuit. 22. v. 5. Libro eod. cap. 15. v. 16.* præcipitur, ut æger talis totum corpus lauet aqua, & immundus sit usque ad vesperam. Mentio quoque fit nominis huius *cap. eod. v. 32.*

ETYMOLOGIA agmen claudit.

Nomen acceptum fertur τὸ συμπλόματι. Dicitur POLLUTIO a polluendo, quod corpus vel integumenta ab excreto polluantur semine. Quidam deriuant a Græco μολύνειν, contaminare, polluere: aliis quasi porro lauo seu luo audit per ἀντιφερον, quod ea, quæ inquinantur, madefieri necesse fit.

Nocturna vocatur a tempore, quo inuadere hominem solet, noctu scilicet, prout alias nocturno cruore spargere hospitis penetralia dicit *Horat.*

Polluitur corpus vel integumentum ex necessitate conting-

tingentia, quod excretum recipi a suo recipiente hoc modo nequeat. Hinc D. Ambrosius canit in hymno:

Hostem nostrum comprime,
ne polluantur corpora.

Referuari enim debebat seminalis ὄγη in loculis, celulis & vesiculis suis, donec ἀρχὴ τὴν αὐθεωπονίαν euocandum esset. Cum ergo falso phantasmate ludatur animus, iniussum prodit, & corpus & linteamina contaminat.

Græcanico ore dicitur ὄνειρωγμός, in somnis Venus, imaginatione libidinis in somno, & propter illam in somno conceptam imaginationem semenis genitalis profusio. Proprie effertur de insomnio, vt plurimum vero de libidinis in somno imaginatione. De hac loquitur Dioscorides l.3. c.148.

Magis communiter & vulgatius audit ἔξονειρωγμός,
Abuali canonis lib. 3. sen. 20. tract. 1. cap. 33. vocat
العنة المائية multitude pollutionis.

Germani nomen proprium non habent, ideoque circumscribenda illis hæc passio, si efferre illam velint. Lutherus in vers. Bibliorum sacra dicit: Wenn einem der Saame des Nachts entgehet.

CAPVT II

definitionem ὥραγματῶν cum ratione formalī subiungit.

D^efinitionem hanc nominalem excipit realis, quam ponimus sequentem:

Est excretio inuoluntaria seminis in somno, nonnunquam boni & perfecti, nonnunquam tenuis nec satis crassi, cum imaginatione actus rerumque venerearum, ab expultrice irritata dependens.

Γενικὸν τὸ εἶναι huius affectus in excretionē consistit. Hoc tamen, quia latisime patet, τὸ εἰδικῷ limitandum est per modum, ductum scil. semini & vrinæ vehendæ communem.

Materiam excretionis constituit semen, quod σὺν ὁδαξι-σμῷ titillatione & pruritu quodam excernitur, cum tentigine membra, & somniis venereis.

Semen

Semen triplex communiter statuitur. Primum, quod aquosum est, & saepe inter egerendum simul profluit, item ad concupiscentiam prauam. De hoc loqui videtur Hippocrates l. 2. de morbis, cap. 49. t. 8. Secundum, quod in vesiculis adseruatur seminariis, & tertium, quod in testibus, omnium nobilissimum & optimum.

Quæsiti, qualenam excerni in hoc affectu statuamus, respondemus: medium.

Experientia testatur, non purum perfectumque semen hoc pacto excerni semper, sed cum excrementitiis, cum primis biliosis, seu, si mavis, calidis & siccis humoribus permistum.

Diximus autem, excretionem hancce esse inuoluntariam, respicientes ad voluntatem cum ratione temperatam, huiusque imperio subditam.

Imaginatio actus rerumque venerearum adest quidem $\omega\varsigma$ $\delta\eta\mu\tau\alpha\tau\omega\lambda\mu\nu$ ut plurimum; fit tamen saepe, ut, quemadmodum imaginatio doloris alieni venerem suscitat: ita, si res dolorificæ, horrendæ, despectabiles phantasie offerantur, profusio seminis in somno contingat. Quia, quæ ratio est Scaligeri exerc. 276. refugiunt spiritus ab illa tristi specie, atque sese abdunt in recessus intimos; unde fit flatus. Quin vigilantibus quoque insidiatur, sicut aliquoties in praxi sua obseruavit Dn. D. Schenckius exerc. anat. p. 650. adeo ut dubitet, quei lumbis a decubitu supino calefactis adscribi possit. De quo plura inferius.

Apparet hinc, affectum praesentem ad symptomatum classem, & quidem maxime $\tau\alpha\mu\tau\alpha\tau\omega\lambda\mu\nu$ $\epsilon\pi\chi\omega\mu\lambda\mu\nu$, excretorum & retentorum p. n. commodissime referri posse. Quamuis enim semen per se non sit res p. n. per accidentem tamen quid præternaturale fit, quatenus quippe excretionis ipsius non debito tempore facta multorum effectuum præternaturalium euadit causa.

Excernitur illud $\mu\eta\omega\varsigma$ $\mu\omega\lambda\mu\nu\tau\alpha\tau\omega\lambda\mu\nu$, $\mu\eta\delta\omega\varsigma$ $\pi\epsilon\pi\tau\omega\mu\alpha$, alia $\omega\varsigma$ $\epsilon\pi\chi\omega\mu\lambda\mu\nu$, non veluti pars patientium locorum, neque tanquam excrementum, sed quod in ipsis natura continetur.

An mulieres quoque patiantur ἐξονερώγματα, disquiri potest.

Qui negant, dari semen fœminum, illarumque testes esse potius cadavera testium dicunt, vtique etiam negabunt, laborare illas ἐξονερώγματα.

Confirmari tamen assertum potest i. principiis Διπλοῦ τετραγωνίου petitis, id est, autoritatibus.

Galenus l. 2. de semine cap. primo in effusione seminis, quam mulieres faciunt in somnis, primum in orificio: (semen) deinde ex eo foras egredi scripsit, vt habet I. B. Syluat. Histor. Galen. medicin. 67. p. 331.

Affirmat illud etiam ipse Aristoteles, H. A. lib. 10. cap. 6. & cap. 7. it. de generat. animal. lib. 2. cap. 4. ait: οὐδέποτε τοῖς ἀρρενεῖς γίγνεται καὶ ταῖς γυναιξὶ γυντεῖ, ὅτι οὐλῆσιν ἐξονερώτεσσιν. Ut maribus, ita & fœminis accidit noctu per quietem, quod pollutionem appellant; ipseque diuinus senex l. 2. de morb. mul. c. 59. t. 10.

Pollutionem talem muliebrem per insomnia cum partium obscenarum odaxismo quodam, pruritu & titillatione, fieri tradit Fernel. l. 6. cap. 14. patholog. & Anderrac. de med. V. & N. comm. 1. dial. 8 pag. 750.

2. Principia Διπλοῦ τετραγωνίου petitia idem euincunt.

Certum est, mulieres in συνσοίᾳ, vel etiam, quando vehementer pruriunt, aliquid effundere humidi, quod vel semen vel aquosum aliquem liquorem appelles, perinde est.

Certum etiam est, mulieres pati somnia venerea, id est, talia, quæ concubitum repræsentant. Quid proinde obstat, illas quoque laborare effluvio hoc nocturno?

Commune ideoque est hoc accidens & meliori & sequiori sexui, quippe & ille pruriens insomnia patitur libidinosa, præcipue, si minus propitia venere, & fortuna, solitariis & tristibus noctibus solo in angiportu quiescere cogatur.

An hæc actio, puta excretio seminalis, sit animalis, an naturalis, pariter ventilari potest. Nos illam iudicamus esse mixtam ex animali & naturali, ceu tussis & respiratio. Pure enim naturalis non est, neque pure animalis. Ergo mixta erit ex utrisque. Naturalis quidem, quia natura ipsa excretionem hanc molitur, & actio generativa est naturalissima: animalis vero, quia

quia vtitur ad expulsionem isthanc muscularis, vtitur neruis,
vtitur voluntate, licet restricta & decepta. Hinc facultas na-
turalis erit quidem primaria, animalis vero instrumentaria.

CAPVT III.

τὸ θεωρεῖμανον subiectum inquirit.

Qui partem affectam nouit, nouit etiam morbum: qui
morbum nouit, facile eundem curat.

SV BIECTVM itaque recipiens principaliter sum-
ptum VT QVOD, quod principaliter, radicaliter & vltimate
sustentat adiunctum, est TOTVS HOMO, anima rationali
& corpore animali constans, de eo enim prædicatur, quod
laboret pollutione nocturna.

SV BIECTVM VT QVO, hoc est, quo mediante sub-
iectum QVOD sustentat adiunctum, est anima sensitiva, &
corpus anima vegetativa & sensitiva instructum, quamuis
secundum ἀνθεκτικὰ actus secundos & operationes, mediate
& κατὰ συμβεβηκός, per accidens, quatenus nimirum organa af-
ficiuntur, in consensum quoque trahatur & compatiatur ra-
tionalis.

PARS AFFECTA non est virga, quæ solum viam &
ductum præbet, licet saepe euenia, vt ex impuro coitu &
fordido exulceretur hic communis vrinæ & seminis canali-
culus, quo facto pus continuo prope manat riuulo & stilli-
cidio, præprimis vero cum vrina simul, maxima præsente
partium membranarum vellicatione, vnde stranguriæ no-
mine a nonnullis circumfertur, coniunctaque interdum pol-
lutione nocturna.

ADÆQVATVM subiectum sunt TESTES & PROSTA-
TÆ. Efficiunt enim & præparant semen, continentque mor-
bi secum fomitem.

PRINCIPALE sunt VESICVLÆ SEMINALES, para-
statæ varicosi *Ruffo Ephesio* dictæ, quippe quæ semen iam-
dudum elaboratum recipiunt, ulterius perficiunt, & ad eia-
culationem adseruant. Si ergo cætera sint paria & vel intem-
perie propria, vel a renibus communicata, stimulentur, par-
tes membranaceæ & neruosaæ pruriunt, accedente deinde

imaginatione & erectione canalis, in actum deducitur, quod antea latuerat soplum.

Si a nimio & crebro hoc malo quasi laxentur & effeminentur genitales partes, tunc etiam absque tentigine seu erectione membra, imo absque imaginatione venereæ voluptatis, accidere potest. Absumuntur tandem spiritus, & vitiosi simul humores cuacuantur.

Sitæ sunt vesiculæ, ceu adseruantia vasæ, dictante illustri Dn. Præside Ord. & meth. part. genital. part. i. cap. 24. ad vesicæ ceruicis initium, inter vesicæ & recti intestini musculos, ut trinque una, una in uno, altera in altero latere latitantes.

Transitus est ab his immediatus in urethram per aliquot foraminula, ή γυναικεία, inquit Coss, χωρέει, οχη το δέργη, αλλα ή αλλη οδός θρηνούσε προχωμένη. Non enim semen, qua via est virile, prodit, sed alia ipsi via est huic proxima, l. de genitura.

Helmontius ut singularem in quolibet morbo inducere, nititur causam, ita & hic. Defert etenim lieni, tanquam subiecto, sedem somni, & somnii, & veneris ipsius, quia pollutiones sint nocturnæ, ibique circa stomachum primi veneris motus sentiantur.

Fit hoc μη καθάπερ, sed quando lien non expurgat serosas acres moleculas, occasionem huic malo præbere potest.

Alii renibus omnem pollutionem inducendi adscribunt potestatem, unde & gonorrhœa Italis mal des rens: Gallis mal de rognans appellatur. Aiunt renes semen elaborare, & loco probationis inter alia pollutionis exemplum adducunt.

Committunt hi ἔλεγχον καθάπερ μη αἰτιον οὐδὲ αἴτιον, fallaciam non causæ ut cause. Non accidit pollutio, quod renes semen componant, sed quia incandescentes calorem cum partibus genitalibus communicant.

Ingens spermaticarum partium robur effluentis huius seminis causam esse contendit Fernelius l. 6. pathol. c. 14. cui pollicem premit Andernaeus de med. V. & N. comm. i. dial. 8. eodem argumento, quod voluptate iucunda id semper emanet. Gonorrhœam autem dicit esse ab infirmitate partium.

Manus

Manus iungere & accedere huic sententiæ vix possumus, si perpenderimus, voluptatem iucundam non præsupponere robur partium genitalium, illud nempe solummodo fit per accidens, pruriens & stimulante materia, sicque titillationem gratam inducente, nihilominus tamen debilitatis partibus.

Concedimus tamen, in respectu ad gonorrhœam, robustiora esse vasæ in nostro affectu. Neque enim tam infirmæ hoc loco sunt partes, ut continuus effluxus fiat, sed robore adhuc pollut, alioquin tantæ copiæ seminali elaborandæ non essent pares: magis attamen & magis sensim debilitantur.

Afficiuntur vesiculæ seminariæ nonnunquam *idiopathicas*, essentialiter, cum permanens in ipsis est dispositio, a nulla alia quæ pendet parte, sed per se affectæ sunt *natura supervabegi-
σμὸν* ήτις διάθεσιν, secundum congestionem & prauam dispositionem seminalis, & constitutionis. Interdum, & sèpius quidem, *supra-
δικῶς* per consensum, cum ab affectu penitus non sunt liberæ, nec permanentem dispositionem natæ, sed *natura supervan-
σμὸν* ήτις ὅπίζεσιν, secundum defluxionem & irruptionem a reni-
bus, hepate, totoque corpore afficiuntur.

Consensus hic est positius, cum communitate materiarum corporearum, h. l. seri, aliorumque humorum, mediantebus arteriis adductorum.

CAPUT IV

causas, ἀμεσούς & ἐμμέσους proximiores indagat.

Concinne Hippocrates illud hic nobis occinit: Εἰ τις εἰδεῖν τὴν αἰτίην τῆς νοσήματος, οἶός τ' ἀν τὴν προσφέρειν τὰ ξυμφέ-
γντα τῷ τῷ σώματι, σκ τῷ τῷ σκαρτίων ὅπιστα μέρος τῷ νοσή-
ματα. Qui morbi causam cognoverit, is utique ex his, quæ in cor-
pore insunt, adeptus per contraria morborum cognitione, facile pote-
rit, quæ conferunt, offerre.

Non sequemur Aerum, empiricorum principem, qui cau-
sas

fas morborum incognoscibiles esse putabat; referente Galeno
l. de sub figur. empir. inscripto cap. 1.

IMMEDIA TAM posuimus facultatem expultricem, irritatam; hodie vocamus claterem.

Helmont. de lithiasi cap. 9. p. 133. dicit: Contrahuntur parastata vasa, in gonorrhœa, spermatis stimulo excitata. Causam immediatam vult esse contractionem conuulsioni similem.

Retinetur semen reconditum in vesiculis suis, facultate expultrice irritata, dictum factum granulatum, instar mercurii ex corio ceruino, expellitur.

Causa, quæ expultricem stimulare solet, in genere una statuitur, nempe η $\alpha\mu\alpha$, i. e. molestia, quam percipit pars a materia retenta; in specie triplex accusatur, scil. η $\alpha\gamma\kappa\sigma$, vel $\mu\omega\lesssim$, cum copia seu magnitudine partem distendendo ex soluit; η $\pi\beta\alpha\mu\sigma$, vel $\pi\omega\delta\mu\sigma$, cum quasi grauat partem; $\eta\delta\eta\zeta\mu\sigma$ vel mordicatio aliqua.

Media ta proxima causa, secundum ESSENTIAM spectata, duplex occurrit: corpulenta materia, vel $\pi\pi\epsilon\mu\mu\alpha$ $\Phi\mu\alpha\omega\delta\mu\sigma$.

Flatus non sciungendi in recensione causarum affectus nostri,

Mercurialis consil. med. 6. p. 34. in iuene melancholia hypochondriaca laborante a solo flatu excitari iudicauit tentiginem nocturnam, ac interdum semen profundè, non, quod in corpore ($\alpha\mu\mu\mu$) macie consumpto illa ex parte exuberet, sed quia ex sanguine impuro, acri, & moderate tenui gentium, expultricem seminalium vasorum facile ad sui expulsionem stimulet, tunc maxime, quando super lumbos & renes feruidos decumbens calidius semen reddit, simulque ichores ad eas regiones pertrahens, & laxiores vias afficit, & expultrici maius veluti calcar addit.

Hodierni & spiritus quantitate peccare in eiusmodi profluvio nocturno statuunt, inter quos præcipuus est Schwab. D. Th. scil. 10. p. 190. dicens: Excessum spiritus, quantitate peccantis, elucidat gonorrhœa, ac profluuium elucidat nocturnum.

Consentit Riolan. in Enchirid. anatomi. p. 169. ab ubertate & calidi & spirituosi seminis prouenire statuens.

In primis

In primis accusanda venit *materia corpulenta humorosa*,
scum in excretione humidi morbus consistat.

παθητικῶς quidem, affectu semen ipsum, ποιητικῶς effe-
ctu sanguis, bilis, pituita, eaque vel salsa vel acida, melancho-
lia, serum in producendo affectu concurrunt, modo αὐγατεῖς
sinceri, modo μικτοὶ misti.

E *Chemicorum principiis* τυσανοῖς præ reliquis accusa-
tur sal. Hoc a τρέπω τῆς μίξεως recedens, cumque sulphure &
mercurio pactum lādens fœdus, in partibus genitalibus na-
tum imperium, producenda excretioni seminali sufficit.

Sylviana ex hypothesi peccabit succus pancreaticus aci-
do-salinus. Ex *Helmontiana* a cor, qui extra ventriculi pomœ-
ria inutilis est & morbificus.

Quandoquaque horum αἰρέτων corripiunt tum renes,
tum genitalia membra, particulis suis acribus, tenuibus, qua-
dratis, sex angularibus stimulant archeum, illic locorum resi-
denterem, ut propellere conatus morbificum pondus, ipsum
femen eiiciat. Videntur sic manifeste in talibus sudorem
acidum, qui & gustu deprehendi potest.

Luxta normam hypotheseon & principiorum recentio-
rum quorundam, causa affectus nostri ex viuo seminali
principio exoriens statui potest. Verminosa quippe & ani-
mata putredo stimulando & lancinando vasa genitalia, acce-
dente in primis calore quodam ipfis vermiculis aduerso, a
causis externis, utpote lectorum lenocinio, producto, irritat
ad ejaculationem substantifici genitalis nectaris. Potissimum
in inueterata pollutione, cum natura per canalem hunc ad-
suefacta vitiosos simul adducere & deturbare humores sat-
agit. Sicut alias quoque in virulenta militis cuiusdam go-
norrhœa Borelli amicus insectulum quoddam fere inuisibile
obseruauit, annotatum ab illo obs. microscop. 53. p. 29.

Secundum essendi modum consideratæ hæ causæ corpulen-
tæ, & quidem IN DETERMINATO GENERE quoad essen-
tiā modificantur Quantitate & Qualitate.

Si quantitatæ & copia excedat & molestet seminalis mi-
stura, etiam eo ipso naturæ molestiam creare, & stimulus at-
tollerans per se inveniatur, cuius illius, cuiusque corporis sui
modis.

sui excretionem addere valet. Quidquid enim abundat, licet bonum in se sit, copia tamen grauare naturam potest, vti manifeste illud videre licet in sanguinea purpura. Ita & semen ὄργασμῷ & συνεργείῳ congestum sibi exitum patentem querit, adeoque exoneratur a natura, ubi oppressa est, per somnia, vti ait subtilis Scalanus exerc. 269. Seu, vti aliis inquit: *Natura se expurgat nonnunquam sponte inter dormiendum,* ubi a nimia copia vasa seminalia turgent.

Sunt enim, autore Galeno l. 6. de sanit. iuenda cap. 14. & 15. *οἱ σπέρματα τὸν δὲ θερμὸν γεννῶσιν, ἐπειδὴν αὐτοὶ εἰς θερμόν εἰσιν;* qui semen genitale copiosum calidumque gignunt, quod eos ad sui expulsionem proritat. Et argumento 6. de loc. affect. cap. 6. ob

Eandem proportionem, quam habet serum cum vasis seminariis: habet & urinam cum vesica. Perinde enim, vt urina copiosa irritat vesicam, vt foras se proiciat; ita & copia materiæ prolificæ vasa seminaria onerat, ac molestia quasi afficit. *Talis pollutio, quæ prouenit ex nimia bene elaborati seminis copia, non semper morbosa est, animæ. potius quam corpori perniciosa, vt habet Höfer. Hercul. med. l. 3. o. 6. p. 203.*

Qualitate si excedat, pariter in via caufæ ambulat.

Spectat huc falso de seminis, a multis pro causa adlata.

Emulgenti sinistræ venam spermaticam, preparatoriā sinistrā insertā volunt cum Galeno lib. 1. de sem. cap. 13. multi, vt ex ea paucō sero irroratum sanguinem trahat.

Quod nec fugit Sabini sectatores, dum falsuginosum semen esse dixerunt: de quo Galenus comm. 3. lib. 6. epid. p. 17.

Aristoteles testatur sect. 4. problem. quā. 30. p. 863. nonnullorum genituram piscium lauamentum redolere, eam ob causam, quod semper cum semine excrementi aliquid exeat.

Hieronymus Barbatus tract. de sanguine & eius sera cum ex sero semen oriū statuit, huc inclinare videtur.

Plempius fundam, med. l. 2. s. 3. c. 4. p. 57. concinne hanc item ita: Ego e purissimo sanguine generari semen adeo non credo, vt existimem e promiscuo & fortassis spurcato id oriri.

Hoc enim indicat odore eius teter & virosus: hoc SAPOR SVB SALVS; hoc denique materia eius, qua subministratur partim a vena emulgente sinistra, cuius sanguis sero humore vitiatus est.

Nobis,

Nobis, licet in statu s. n. prout autores prædicti venditant, concedi id non adeo posse videatur, tamen in p. n. nil obstat, quo minus illud affirmemus. Vnde & *Philosophus*, quod nemo sanx mentis negat, δυνάμεις νοσώδεις morbosas dispositio-nes vna cum semine exire statuit. Et cur sanguis falsus & acris non produceret simile semen, ex arteriarum cauernulis illuc delatus & depositus?

In secundis qualitatibus semen delinquit, si sit nimis tenue, atomis irregularibus excedens.

Consimiliter si peccent cæteri enumerati humores, se-
men ipsum inficiunt.

Sanguis biliosus, serosus, acrior, tum ratione materiæ,
quam præbet formando semini, tum nutrimenti particularis,
tum etiam alluusionis generare hunc morbum potest.

Serum maxime sanguinis, si acrius fit aliquanto, & per
διάνοιαν segregationem Hippocraticam imperio potiatur, accu-
sandum venit.

INDIFFERENTEReandem materiam corpulentam mo-
dificant quantitas & motus generationis & localis.

Quantitas & qualitas intuitu actiuitatis & resistentiæ con-
sideratæ, si ita sint comparatæ, vt inueniant minus resisten-
tes, hoc est, debiles partes, ab actu primo in secundum,
deducunt morbificum & dñ.

Motus generationis & congestionis est nonnunquam *in loco*
affecto ipso, partibus genitalibus conseruantibus semen, & in
specie vesiculis, vbi per συναθροισμὸν collectum, facultate
irritata & læsa p. n. excernitur.

LÆDITVR FACVLTAS a constitutione partium
præternaturali, quoad temperiem, conformatiōnēm, & uni-
tatem.

Auicenna dicit: *Polluuntur cum hoc (semine) in nocte, quo-*
niam vasa spermatis calefunt in eis in nocte, quare calefit sperma
& subtiliatur. Caliditas enim, seu intemperies calida, acrimo-
niam semini conciliat, afferente Sennerto instituit. l. 3. part. 1.
sect. 2. cap. 6. τὸ τωνέματο τὸ ἀνεόν, οὐδὲ ταρρώτην θερμότης,
καὶ τῷ Φλεβίου παντοχότεν η ἔντονον γαργαλισμὸν ἐμποίει.

Spiritus, qui inest (semini,) praesensque vis caliditas, penicularumque continens vndique contentio titillationem intus facit, dictante Hippocrate l. de off. nat. vt ita semen vis angior evanescere posset, xviij. vel ut fatus ab utraque vesica parte feratur, & ceu loquitur ibidem.

Aetius tetrab. 3. semin. 3. cap. ult. imminet pollutionis anima eternæ domestici ministri, qui, cum muliere concubens, semen effundere non poterat, nihilominus in somno plurimum profudit feminis, citra voluptatem. Causam reicit in imperiem vasorum spermaticorum frigidam & humidam.

Auncteza viscerum sicco non prætereunda pede, vt quando renes calidi, testes vero frigidi existunt, illi irritando, hi non retinendo & aquosum semen generatum ad prostatas transmittendo peccant.

Conformatio talis, quæ laxiorem habitum subiectarum, partium facit, concurrit nonnunquam.

Soluta unitas non raro in causa est. Solutæ per anastomosin, diæresin vel diapedesin vesiculæ seminales facile dimitunt retinendum succum. Vlcus si adest, non solum pollutio, verum etiam gonorrhœa contumacissima euadit.

OB. ERROREM EXTERNVM quandoque effundit semen, nulla dispositione notabili in partibus existente, v. g. si quis generoso utatur vino, cibis vescatur boni succi, in excessu, equitet, saltet, &c. facile polluitur de nocte.

EXTRA AFFECTAS PARTES fomes & *κακοχυμία*, sape delitescit **IN TOTO CORPORE**.

1. Πλησμονὴ ἡ πλήθωρ si adsit, & quidem vel ἀπλῶς tamen, vbi omnes æquali proportione abundant succi etiam semen ipsum in maiori generabitur prouentu. Vel *μετατροπής*, κατὰ π, si biliosus, melancholicus, quibuscum & seruosus præcipue iungendus est, supereminat humor, eo facilius cum semine communicabitur vitiositas, vt non solum copia exundet, sed & vitiosam labem acquitens de facili sede excidere queat sua.

Quod tamen maxime fit, si

2. *κακοχυμία*, seu abundantia *μοχθηρῶν χυμῶν*, vitiosarum

rum humorum, biliosa, melancholica, vel serosa restagnet. Cum enim semen materialem causam agnoscat sanguinem, si hic vitiosus, biliosus, melancholicus, serosus concurrentibus aliis, v. g. debilitate partium, in quibus retinetur, utique etiam aptum euadit, ut p. n. excernatur.

In CERTA PARTE causa horum obtinere potest prærogatiuam, ut ideo non solum intemperies calida totius, verum quoque præcipuorum viscerum, cordis, hepatis, cerebri, renum adnuat. *Cordis*, quia conficit sanguinem h. m. calidiorem & acriorem, qui in diadœsi universalis etiam ad testes deducitur. *Hepatis*, quia sic bilem copiosiorem gignit. Statutum quin imo a veteribus est, hepar esse amoris subiectum, nec desunt ex sacris loca, quæ assertum probabile reddant. *Cerebri*, cuius maximus consensus est cum genitalibus, hinc enim concitatoriœ œstro agitatum somnia venerea producit *Renum*, ob viciniam, unde faciliter descensu, auctu hoc humores accersi, & genitura feruidior effici, perque arterias calor communis fleti potest cum testibus. *Vasa ipsa spermatica* sæpe intemperie calidiore vexantur.

Attendendus & MOTVS CAVSÆ MORBIFICÆ LOCALIS.

Quiescit interdum materia seminalis, quæ h. m. excernitur, in loco affecto per οὐναθεῖσμον, γένεσιν καὶ διάθεσιν, essentiam partis debilitatem collecta, per interualla emittenda. Sæpe etiam aliunde per περιπατησιόν καὶ ὕπαγεσιν promovetur ad locum affectum. Detur æger, qui longo tempore, per aliquot annos, pollutione nocturna laborauit, singulis septimanis paroxysmos, ut ita dicam, quosdam patiens. Impossibile quasi est, solum αὐγατον, sincerum, legitimum semen excerni semper. Natura enim adsuetudat per hunc ductum simul excrementios humores ablegat, sicque cum non retineantur, nec retineri possint, excernit.

Hinc consideranda veniunt, membrum mandans, recipiens, viæ, & modus.

MITTENS membrum est vel totum corpus, non quidem ex sententia veterum, qui semen a toto corpore & singulis

eiudem partibus κατ' ὅγονας οὐέγειαν decidi, & per μεσάτας
τὰς ὁρχειάς, medios testes transire putabant: sed quatenus co-
piosus sanguis copiosam exhibet semini materiam, ex natu-
ra sua modificatam, id est, vel bonam vel malam. Vel par-
tes determinatae, quarum iam antea fecimus mentionem.

RECIPIENS pars sunt partes genitales, & præprimis
vesiculae seminariæ, quæ partes imbecillitatem habent vel
σύμφυτον, naturalem, connatam, vel ἀπίκτητον & adscititiam, qua-
cunque ex causa oriundam.

VIAE, ex lege circulationis, sunt arteriae. Adnotarunt
anatomici, in cæteris partibus venas capaces esse arteriis,
hoc vero loco, ut maior & sanguinis & spirituum fiat affluxus,
has illis maiores existere.

MODVM quod concernit, ratione mittentium mem-
brorum locum habet ωσις pulsio, motus impulsorius. Robur,
partium mittentium prævalenti debilitas recipientium sub-
dita est imperio. Robur illud ita comparatum est, ut possit
superflua, cum a copia vel prauitate se sentit stimulatam,
expellere in imbecilliores.

In recipiente parte locum habet ἔλξις tractio, quæ h. l.
maxime accepta fertur calori. Intemperatæ redditæ partes,
calidioresque, quo plus excernunt, eo magis attrahunt, sem-
perque in locum excretiam exposcent materiam. Calore
irritatæ non contrarios sibi attrahunt succos, sed similes
calidos, acres, biliosos, serosos.

ADIVVAT hos fluxionis motus naturalis & præterna-
turalis humorum inclinatio & turgentia. Inclinatio ista pro-
mouetur a copia. Οργασμὸς turgentia, vocabulo a semine,
turgente desumpto, νοήζυμωσις fermentatio, propria sede coer-
ceri nesciens, semen disponunt, ut expellatur.

CAPVT V,

in causas ἐμμέσουs remotiores, & I. su-
pranaturales inquirit.

De

De causis hisce mediatis agens *Henricus de Saxonia* in de
secret. mulier. pag. 47. ad sex fere capita eas reducit. **N**os
melioris ordinis gratia dividimus causas consueta methodo
in supernaturales, naturales, non naturales, & p. quibus istas
sex includemus.

Supernaturaliter fit aliquando pollutio, illusione Dæmon-
nica & deceptione, illaque vel à μέση ή εμπειρίᾳ, immediata, vel
mediata. **N**ulum dubium est, eos, qui pactum cum dæmonе
fortiti sunt, ut venerem illicitam, ope spiritus immundicare
possint, sæpe phantasia decepta tales excretiones experiri.

Nonnulli quæsiti, quomodo dæmoni concubere queat
cum lamiis, causam dicunt esse, quod diabolus aliunde fur-
ripiat semen, & ad ætus suos surrepto abutatur. Stante
hac hypothesi, deceptione talismodi nancisci semen, si non,
alio modo, nouit.

Quando pollutio nocturna pro causa agnoscit dæmonis
suggestus & ludibriæ, utique erit peccatum, de quo alias disqui-
ritur in 6. Br. in p. 5. c. testamentum i. glossa. vide *Repertorium Bertachini*.

De mediata Erebi ministeriorum opera eleganter *Simbadus*
Geneanthrop. c. V. tract. 2. cap. 2. p. 666: Proh. scelus! Reperti sunt
Plutonicæ viri, nec non stygiæ mulieres, quæ interdiu solo in-
tritu, obscura quædam murmurante lingua: noctu decantati
quisbusdam abstrusis verbis, lumine accenso, vel præsen-
tes, vel distantes, seu vigiles. seu somno sepultos homines in
pollutionem demergunt.

CAPUT VI.

Res naturales mediatae.

Inter NATVRALES eminet TEMPERAMENTVM cali-
dum humidum, calidum siccum, præ reliquis dispositum.

Modus substantie & habitat laxior, rarior, in causa non-
huncquam est. **G**raciliores & rarioris texturæ homines fré-
quentius quam obœsi pollutionem experiuntur.

Ætas iuuenialis, cum scalari pubertatis progressionē, pru-
rientia membra, salacitate & ὡραῖαι turgida, seminale
con-

concipiunt & elaborant principium, præprimis huic subiecto est mato.

Pueri non habent pollutiones propter stricturam meatuum, sed adolescentes habent frequentes & multas, aliquando etiam veniunt in sequentibus etatibus, ceu annotat Gordon. in *Lil. medicin.* p. 760. ubi causas adducit quatuor, cur frequentius accident adolescentibus pollutiones.

Cur pueri sint exempti, illustrat & confirmat locus Hippocraticus l. de nat. puer. sect. 3. Foës. p. 240. ταῦται γένονται, καὶ ταῦτα φλεγμαὶ λεπτῶν λεόντων, σάκης ἐγγράφεται διὰ ταῦτα οὐ γεννᾶνται. Cum enim adhuc puer est πενηνταετες τενues existunt, neque per eas genitura ferri potest. dicitur hoc p. 240. ταῦτα μάλιστα είναι. **CAP V T VII.** h. 2. nomiū tisq*er* eis illi.

Res non naturales mediatae.

Circa has NONNATURALES meminisse oportet conditionum causarum, quæ sunt iuxta Galenum l. 1. de caus. morb. c. 2. 1. vt sint vehementes, 2. vt sat diu operentur. 3. vt insideant in corpus habile: quia quodlibet agit secundum modum activitatis sui.

Plus potest, ait idem Galenus alicubi, AER solus, quam ceteræ res non naturales. Nam nobiscum videt, ait Tullius, nobiscum audit, nobiscum sonat, mouetur nobiscum.

In una autem parte temporis alias aliae ingruunt aurem.

Habet maximam vim alterandi corpora nostra, cuius inspiratione afficimur, eiusque effluvia imbibimus, & inspiratione non minus alteramur.

Huius mutationibus, uti præcipue existant in hominibus morbi, teste Herodoto in Euterpe: ita & ad huius productionem concurrunt.

Αἱ Φρεγαὶ τὰ λεγόντες ἐγγίγηται. Εἰ γόνις δὲ τῷ Συντίξει τοῖς μεταλλαγαῖς πάντα μετέωνται καὶ τοῖς εὔσαις, οὐ τοῖς προπλησσοῖς καὶ ομοιοτοῖς. Plures corruptiones, circa seminis concretiōnem contingunt, ubi crebra fiant anni temporum mutationes, quam si eadem sint & similes, scribit diuinus Cœs. l. de aer. ag. & loc.

Allun-

Affensum præbet Carol. Piso l. de morb. ex seros. colluu. ori-
und. sect. 2. part. 2. p. 91. Serum, inquiens, in toto habitu a per-
turbatione ambientis(aeris) quomodo cunque eueniente com-
moueri satis posse indicant fluxiones omnis generis, prænun-
ciæ tempestatum mox futurarum, & speciatim seminis excretio
inuoluntaria per ἐξονειρώσυμον, quæ in cœlibem vitam agentibus
est certissima prænuncia mutationis e ferentia in vuidam &
pluuiosam, quanquam post viginti circiter horas futuræ.

Astriferi coeli influxus non venit excludendus, Venus in VI.
domo, signo scorpionis a saturno vel marte afflita, ♂, ☐, ve ♀,
facile corpus nati ad hunc morbum disponit. Nec ignota nobis
exempla, eorum, qui hac constitutione cœli geniti per bene
multos annos pollutione nocturna vexati fuerunt.

Cum enim, iuxta hypothesin Astrologorum, ex utero mater-
no natus in lucem editur, & respirationem & animales quas-
dam actiones adipiscitur, tunc planetæ & corpora cœlestia pro-
habitudine sua in mundo, & pro ea, quam habent ad horizon-
tem & terram configuratione, proprias singulares nato immit-
tunt qualitates. Vid. Guil. Guibert. l. 3. de magnet. c. 12. p. 141.
Item Euchstadium in Euhemeridibus, aliosque.

Motus excedens concutiendo & conquassando molem
spermaticam laxat, pruritum affert & calorem inducit.

Oi ἐξονειρώσοντες διὰ τιδες ἐξονειρώσοντιν ἐπαὶ τὸ υγεὸν. Κα-
τω σώματι διακυμάδιον ἔη καὶ διάθεμον, εἴτε δότο ταλαιπω-
ρίους, εἴτε ωτὸς ἄλλα πνὸς αφέει. ιηδούσινοιδίας ἀπ' αὐτῷ
ορᾶν παρέστα), οἵ λαγνεῖη. ἐχει γδ τὸ υγεὸν τέτο ὁτε λαγνέουσι.
Qui per somnum veneris ludibrio tentantur, ideo per somnum vene-
rea exercent, quod humidum in corpore diffusum & excalcatum, siue
ex vehementi exercitatione, siue ex alia quavis causa spumescat, dum
ab ipso excernitur, veneris imaginem quandam exhibet. Perinde e-
nim se habet hoc humidum, ut in eo, qui venerem exercet, pulcerri-
me inquit Hippocrates L. θεὶ γονῆς in pr.

Oi κοπῶντες ἐξονειράθοντιν, ὅτι θερμὸς καὶ υγρὸς ὁ κόπος.
Qui valde mouentur pollut iones habent, quia motus calefacit & hu-
mores fundit, scribit Philosophus. Vide Scalig. in exercit. Ut enim
anxetas, ita & labor liquefacit.

Equitatio, licet ex mente Antylli apud Oribas. l. 6. collect.

i. 24. inter omnes exercitationes, totum corpus & præsertim stomachum firmet; attamen crebro instituta, cum primis ab insueto, nec satis in eo motus genere versato, ut venerem, ita etiam excretionem hanc nocturnam concitare potest. Renes enim & subiectæ partes maxime ab ista agitantur & exercentur. Hinc plurimum & creberrime instituta plurimis ex defluxionibus affectibus subiicit, & ad venerem ineptos facit, autore Cœo, de aër. ag. & loc.

ΜελίΦεων ὅμηρος, ὁς θέλπι νέαρ, mellitus SOMNVS, nostrum qui fouet cor, vt vetus poeta Bachylides canit apud Stobæum, potissimum absoluit paginam, & omne fere tollit punctionum.

Inducit somnus pollutionem. Ita Abuali canonis l. 3. fen. 20.

دریاکان علی دریا میزی لری زمی علی علی زمی Quandoque non mouetur semen, nisi apud somnum. Pergit: و خصوصاً علی للغافر و proprio supra ceruicem, scil. cum quis dormit.

Peccat somnus I. Tempore. Statim a cæna institutus, corpore onusto a cibis dubiæ cœnæ ingestis, aromaticis, & potta generoso dilutis, huic symptomati ansam præbet.

Longius protractus somnus non minimum addit pondus, quia sicut in longo somno multiplicatur sudor, ita & pollutio, obseruante Gordonio loco supra citat.

II. Decubitu & eius modo, si ineatur i. in mollibus culcitrīs: multæ enim plumæ multum calorem emittunt, vt est apud Bartholin. Cist. med. V. pag. 8.

Germanorum delitiæ nocturnæ, plumæ lectis consecratæ apparatum morbosum conuocant, calorem citius concipiunt, conceptum diutius seruant, calorem corporis augent. τὸ δὲ σεμεῖον καθέυδειν, inquit Trallianus l. 9. c. 4. ἐχθρὸς περὶ τῶν χηνῶν, σκηνεύειν τὰς νεφελές. Cubare in culcitrīs ex anserum plumis confectis nocet, renes enim calefaciunt.

2. Facile excitatur pollutio, si in dorsum decumbatur. Decubitus enim hic corpore supino adornatus auitam libidinis in lumbis sedem dum calefacit, humores salini σόγγασμῳ concitati talem gignere queunt excretionem.

Aristo-

Aristoteles sect. 10. problem. causam reddit, cur animalia
bruta profluuiionibus semenis sponte factis, seu pollutionibus
nunquam laborent, quia scil. super dorsum & renes nun-
quam iacent.

Notandum, decubitum talem ex se & per se non produ-
cere P. N. sed coniunctum cum aliis causis, si nimis ad-
sit vasorum retentrix imbecilla, sanguis calidior & acrior,
aliaque, de quibus supra.

Neque semper resupino contingit corpore pollutio, si qui-
dem & prono, & in latere iacenti quam saepissime accidit, adde,
si frequentiori excretione valde laxata sunt vasa. Iuuenes
nouit *Sinibald. d. l.* qui resupine iacentes genitaram nunquam
effuderunt, prono vero corpore cubantes illico & facillime.
Nec ratio deest. Ut enim supino decubitu incalescant renes,
ita prono vasa genitalia calefieri, vero est simile.

III. Somnus peccat obiecto, quando quippe phantasia, li-
bera eo tempore, venereum quid somniat.

Spectat huc IV. rerum externarum admotio. Sic notum est,
in intemperie frigida ventriculi corrigenda puelli accubitum
a nonnullis commendari, vt fotu caloris alieni reuiuscatur so-
pitus vitalis ignis. In tali casu aliqui adeo in venerem proni
sunt, vt ex eo amplexu in somno pulluantur, & ad venereos congressus
concidentur, vt auimaduertit *Ludou. Septal. caut.* & anim. medic.
l. 7. caut. 8.

Cur fiat pollutio noctu, allegant quidam causam *Aristo-*
telicam 6. problem. Corpus, quod debet vti coitu, debet esse ca-
lidum interius, quia sperma est tale: iam vero corpus in
somno magis calidum & humidum noctu interius.

Adest quædam ἀρρενία διαροϊας in somno, adeo ut se ex-
plicare mens fatis nequeat, ligato communi sensorio.

Non quoouis somni tempore corripit pollutio, sed fere
post medium noctem.

Causam recentiores reiiciunt nonnulli in chylum, qui illo
tempore concoctus ad partes diditur. Nos iudicamus illud fie-
ri potissimum, partim quia αιναγματεις & vapores in tanta
copia cerebrum amplius non petunt, (hinc somnia primo

somno contigere raro solent, qui ὁ πλεῖστος est profundissimus) vt ligetur tam fortiter sensus communis, ceu solet in primo somno: partim, quia per tantum tempus 5. vel 6. horarum satis incaluit corpus, accendentibus præsertim aliis incentiis, v. g. decubitu supino &c. Potest tamen fieri, vt chylus calidior & acrior, dum per vas a lactea ad ductum communem chylierum fertur, per consensum afficiat vasa genitalia.

CAPUT VIII.

τὰ ἀρρεφερόμενα, ἐπιεινόμενα, παθήματα recenset.

Ἐκ τέτοιῳ νοσήματος, οἷς ηγήθημεν, ex his agrotamus, ex quibus vivimus, censente Plutarcho in symposio.

CIBVS & POTVS ποσού τητι πειότητι ηγήθησεως, quantitate qualitate & utendi modo peccantes somitem subministrant. Ut enim absque Cerere & Baccho friget Venus: sic e contraria parte venus & vinum, totidem constantes literis, amice conspirant, illaque spumosa Dea facillime a Deo vuido excitatur.

Cibi calidi, acres, salini prompto effectu concurrunt ad procreandum malum.

Quidam cum sysimbrio liberaliter vesceretur, genituram per somnos emittebat, apud Brucrinum de reciparia lib. 8. cap. 43. Quid vero sit sysimbrium, inter alios disquirit Wierus in obseru.

Quadrat huc πολυθρύλητον istud:

Nox & amor, vinumque nihil moderabile suadent.

Quod si mediocritatis excedat tramites nectaris Bacchicoporus, aquosum nimisque tenue sperma generari, extra omnem dubitationis versatur aleam. Πᾶν τὸ πολὺ τὴ Φύση πελέμιον. Licet ebrii nocturnis pollutionibus non tententur, torpidi præmero, attamen ebriosi. Non præsens modo spestandus morbus, sed & futurus.

Cereuifiaæ nitrofis imprægnatæ & saturatæ διπορροῖαι usus ad stimulandam libidinem facit. Metuunt quidam a nitro sterilitatem, sed sicuti conceditur hoc in usu frequentiori, ita negatur in mediocri. Sal enim hoc terræ nos omnes facit fœcundos, id quod in nitro abundat.

Acetum

Acetum neruosis inimicum partibus, qualitate sua acri, salina, irritando & infirmando partes aptas reddit.

Medicamenta binis modis morbum hunc excitant. Primum, cum flatuosa sua humiditate ορεγει ταὶ αἴφεσίσια παρορμῶσι. Deinde, quæ caliditate sua possunt τὸ στέγμα συντήκεσθαι & collique facere.

Ad illam classem spectat, quæ indicta abire renuit, radix illa a *Theophrasto Eresiol. 9. cap. 20.* silentii peplo inuoluta quamque *Johannes Langius* in epist. reticere mauult, quam senum corpora detectione illius debilitare. Ab Indo allata mirum in modum ad rem venereum pollebat. Suspicantur quidam esse hanc herbam Bangue Indiæ orientalis. Vid. *Fragos. med. Indor. tr. 3. c. 26. p. 58.* & ibi citatum *Costæum l. 2. de vniuers. stirp. nat. c. 24.* item *Scaligerum exerc. 175.*

Opium, ex sententia quorundam, inter medicamenta pollutionem excitantia locum obtinet. *Alpinus, de med. Indor.* causam rogatus, cur Turcæ tantopere sectentur opium, respondet, ut habeant de nocte suauia insomnia, scil. venerea: vid. *Hoffm. M. O. l. 2.*

Cætera aphrodisicata notiora sunt, quam ut hic exponi postulent.

Ad hanc seu posteriorem pertinent classem antiuenerea nonnulla. *Mentha* non solum ðερμαῖνδη ἡ ὄρεται, calefacit & urinam mouet, sed & ἦν πολλάκις ἐθῆται τις, τὸν στόχον αὐτὸς τίκτε, ὃς τε πέσει, si quis eam sepe comedat, eius genitale semen ita colligefacit, ut effluat, testante *Hippocrate de vict. rat. l. 2. p. 359.* Hinc *Aristoteles 20 probl. 2:*

μίνθην δὲ πολέμω μηδὲ ἔσθιε, μηδὲ φύτευε,
mentham in bello nec comedas, nec seras.

de cuius adagii explicatione consuli potest *Erasmus.*

Primas inter ANIMI PATHEMATA tenet AMOR, latens & quasi sepultus ignis, gratum vulnus, sapidum venenum, delectabilis morbus.

Nihil magis & intimius animum adficit, ac amor; hic ipsa penetralia cordis transgreditur, omnesque expromit cogitationes, quo usque satiatus, nunquam tamen satiandus, quiescat.

Patiens & æger talis, qui amore decubuit, rem cupitam, personam amatam, dies noctesque amat, hanc desiderat, hanc somniat, hanc expectat, de hac cogitat, hanc sperat, hac se oblectat, hac cum totus est. Quid igitur mirum, sisti coram mente eiusmodi effigiem, quam tam anxie solicitat.

Meditatio frequens amatæ rei, eam etiam absentem unit cum intellectu, ait diuinus aliger exerc. 307. 37. Hinc Poeta in hac erumpit suspiria:

Nocturnis te ego somniis
iam captum teneo, iam volucrem sequor.

Ea scil. patiens, quæ vigilans voluit, somniat. Hinc conqueritur Poeta alibi:

Hic ego mendacem stultissimus & que puellam
ad medium noctem expecto: somnus tamen aufert
intentum veneri: tum immundo somnia visu
nocturnam vestem maculant ventremque supinum.

Referendæ huc obſcœnæ icones & sermones, cantilenæ, fabellæ & conuersationes impuræ. Sed parçendū laſciuīs musis.

Intermissa Venus, antea sancte & sedulo culta, producit affectum. Quo casu nobilis apud Hugonem Senensem consil. 74. p. 64. pollutionem patiebatur cum multa titillatione & sensibilitate, cum dolore capitis & manifesto calore renum, 4. horis post cibum.

EXCRETA ET RETENTA vltima ordine, non agendi potestate.

Feces aluinæ & vrina diutius rerenta comprimere partes seminales & instigare ad exitum solent, vnde & ſæpe inter egerendum a forti compressione materia seu liquor spermaticus egredi confueuit.

Vrinæ retentio, quam ſæpius tum ipfe somnus, tum pigrities fouet, ſtimulos in ſpecie iniicere potest vasis genitalibus, & fores huic fluxui aperire.

Si acris fit occidentalis liquor, a calidis acrioribus cibis, pipere & potibus aromaticis redditus, ob vicinitatem genitalia membra, præſertim ſi ſemine turgeant, vrget. Et notum

notum est alias, vrinam, dum stimulat noctu, simul membra virilis erectionem causare, prout annotat *Sennertus inst. l. 4o part. 1. cap. 3.*

Similem in modum si excreta alia rite non habeant, in censem causarum veniunt.

Referimus denique huc BALNEA, quorum saepius repetitus, & quidem calidorum, usus, intemperiem humidiorem laborantibus partibus conciliat, unionem earundem laxat, fluxilemque reddit.

Eunagia si non obseruetur, pariter nocent. Balnea ingrediebantur antiqui ante prandium & ante coenam, teste *Homer. Odyss. 1. & 6.* & iuxta *Lamprid.* & *Senecam* lauandi mos erat quotidianus. Hanc in rem vide plura apud *I. B. Syluat. hist. Gal. 56. p. 276.* Si inuerso ordine statim a pastu, corpore repleto, instituatur lauatio, cruditates exsurgunt, habitusque corporis effeminatur.

CAPVT IX.

RES φυσικές ventilat.

IN CAVSIS PRÆTERNATURALIBVS eminent febres, in quibus saepe materia vitiosa seminalis quasi per motum criticum cum εὐφορίᾳ euacuatur, vnaque cum morbo tollitur, maxime ubi a retento exoriuntur semine. Febris a retento semine, verba sunt *illustris Dn. Præsidis O. & M. comment.* ὡς ēν θύμῳ l. 14. sect. 3. c. 6. ceu διπλὸς μηχανῆς succurrit κλινοπάλη.

NÍKÍPPÓS, autore *Ceo 4. epidem.* ēν πυρετοῖσιν ἐξωνείρωσε. οὐδὲν ἐπέδωκεν ὅπῃ τὸ χεῖρον. οὐδὲ τὸ ἀντὸν ἐωυτῷ πλεονάκις ἐγήνετο, οὐδὲν ἐβλαψε. *Nicippus IN FEBRIBVS* pollutio nem nocturnam passus est, nihilque eo deterius habuit, quod & ipsi saepius absque noxa contigit. Copiosius de hac febrili pollutione agit *I. B. Sinibald. lib. 5. tr. 2. c. 9. pag. m. 698.*

Sciendum, non semper in febris fieri huiusmodi profluuum cum leuatione ægri. Tertianarium nouimus per aliquot septimanas decumbentem, tandemque a τῷ πάνυ

Dn.

Dn. Preside curatum. Hinc nihilominus saepius, & interdum una nocte bis pollutionem passus est, ipso id nobis fatente, & num valetudini obicit, consulente.

Calculus & podagra, salinis principiis stimulantes membranacea genitalia vasa, tam priapismum & tentinem, quam hanc ipsam quoque P. N. absque ullo negotio inferunt. *Vretres enim*, serosum stigma a renum carne exceptum in cystidem deriuantes, amicti peritoneo, vasis spermaticis preparantibus & defrentibus satis vicini, ut mirum non sit, calculosos quandoque stimulis veneris & pollutionibus tentari, inquit *Dn. D. Schenckius schol. part. p. 105.* & *exerc. anat. 8. l. 1. f. 2 c. 35.*

Melancholia hypochondriaca huius mali est ferax, quippe statuosa est, & intemperiem calidam simul habet coniunctam, quale exemplum supra dedimus ex *Mercuriali l. c.*

Arenulas pollutionibus saepe ansam dare, probabile est, quippe & semen conspurcari iis, sumpto principio ex eo, quod sanguini nullibi suus desit tartarus, patet ex *D. D. Schneidri l. 3. de catarrh.* Ipse *D. D. Schenckius* tales pollutiones arenosas se vidisse, ait *l. c. exerc. anat. p. 650.*

Inde & scorbuticos, & hypochondriacos huic symptomati obnoxios esse, quis non videt? Horum etenim sanguis arenulis largo modulo conspurcatus est, argumentis evidentibus demonstrabilibus: cum vrinis enim tales emittunt se penumero copiosas, ut & signum horum affectuum simul constituant. Quid? quod & per minuta cutis spiracula & porulos has interdum erumpere cum sudore, autorum multorum est observation. Videatur *I. D. Horst. manud. ad medic. p. m. 191. & 177.* Malum ergo ouum malum excludere pullum, οΦθαλμοΦαιερως inde patet. Et qualis materia, tale materiatum consurgere, est necessum.

Qui incubo vexantur, hunc etiam affectum compati possunt, valde namque affines sunt morbi. Videtur vetula incubere in dorso decumbentibus. Quid miri, effundi non nunquam simul semen?

De haemorrhoidibus intempestiue suppressis ita *Hollerius l. 1. de morb. intern. cap. 55. in schol: Experientia docet, nisi purgantur*

tur & sanguis detrahatur, nescio qua melancholia & obscenis somniis vexari.

Tabes dorsalis celebrata est Hippocrati lib. 2. de morbis. Hac enim affectus ὀνειρώσει, καν συγκομηθῇ γυναικὶ, η μη, inter dormiendum, siue cum uxore dormiat, siue non, veneris ludibria experitur.

CAPUT X.

differentias eruit.

Differentiae occurunt I. ratione generis, 1. Nocturna non solum est, sed & diurna, quale exemplum habet Heer. obseru. 10. p. 151. quamuis istam pollutionem proprie ita dicta nomen subire posse dubitemus, & potius ad gonorrhœam referamus. Concedimus tamen hoc, quod prægressa sæpius sæpiusque pollutione vera nocturna, tandem quasi ad habitum perducatur hic morbus, sicque & de die infestet inuisum veneri ægrum.

Σάτυρος ἐν Θάσῳ apud Hippocr. l. 6. epid. s. 8. n. 52. τῷ δὲ οὐτακτῷ πέντε καὶ εἴκοσιν, ἐξωνειρώσεις πλεονάκις. Περίης δὲ αὐτῷ, καὶ διημέρης πλεονάκις. Satyrus in Thaso cum viginti quinque annorum esset, sæpius inter dormiendum seminis profluuium expertus est, ei que semen interdiu frequenter promanabat.

Hanc diurnam etiam aliquoties in praxi obseruasse se inquit D. D. Schenck l.c.

Vidit Leonell. Fauentinus quandam rusticum iuuenem, qui præ forti imaginatione & concupiscentia ex sola inspectione mulieris incurrit pollutionem in die cap. 74. de medend. morb. p. m. 590.

2. Alia est simplex & alia cum aliis affectibus, febribus, incubo, calculo, affectu hypochondriaco, scorbuto, podagra &c. complicata.

II. Ratione subiecti. Alia fit per περιποταθεῖαν, alia per δευτερεγηθεῖαν.

III. Ratione causarum: Alia est critica, alia symptomatica. Alia naturalis, alia morbifica, alia Daemoniaca. Alia benigna, alia maligna & mali moris, qualem videre licet in lue venerea,

IV. Ratione temporis: Alia recens, alia inueterata,

CAPUT XI

de signis diagnosticis agit.

Móνος ὁ τῶν σημείων ἔμπειρος εἰδότας οὐχιχείρει, solus i.e., qui signorum cognitionem habet, rite curationem aggreditur, parcemus est diuini Senis l. τιμητικής sub finem. Hinc fas erit signa subiicere morbi. Nam secundum Philosophum ενας φρεσκός καλώς, & γνώσθαι, καὶ τέτταν δέσμον αγάδος κείται. Unus quisque de his bene iudicat, quae cognoscit, horumque optimus est censor.

Nocturnam hoc esse symptoma, lucemque fugere innuimus, idque non minus verum est ratione, ut ita loqui liceat, paroxysmi, sed quoque ratione signorum. Aegri enim istiusmodi pudore suffusi, anxio animo soli solicitudinem hanc secum sub pectore agitant, diuque auersati manifestationem longiorem affectum reddunt.

Illa est mentis nostræ vacillatio, ut proprium malum abscondere, secumque, si fieri possit, sepelire malit, quam cum altero illud communicare. Sed quo diutius absconditur hæc quasi sub cineribus flamma, eo maiorem somitem indies acquirens vrere satagit. Sic & mulieres raro eo possunt redigi, ut manifesto marte cum morbo pugnaturo medico aperiant & recludant morbi notitiam. Sed & rem.

Imminentis pollutionis dignotio difficilis. Si pruritus praesens sit genitalium, cibi boni ingesti, aeris mutatio praesumatur, concludi potest, illa nocte instare pollutionem.

Præsentis signis vix opus habemus, cum in ægri relatione cardo totius cognitionis versetur. Exercebimus tamen nos in visitata mothodo.

Generis ratione, signa in semiotica parte recepta methodo PROPRIA petuntur. Τὸν τοῦ Κυρίου τὸν κατὰ τὸν τῆς γοῖς λόγον, ab essentialiter inherentibus. Nomine essentialiter inherentis cum Galeno L. art. med. e. g. id omne intelligimus, quod essentialiter morbum vel symptoma constituit. Tale proprium & ταῦτα γνωμονία in nostro casu est mador corporis vel linterminum, non tamen talis, qui ab urina, sed a seminis ογκῷ prouenire solet. Nimirum cum interdiu & ante somnum

initum nihil seminis excretum sit, corpusque ipsum & linteamina sicca fuerint, noctu vero præcesserint somnia ſea, vel aliud menti auerſum & horrendum, expellitur ſemen, hincque corpus & linteamina inficiuntur.

Claret ſignum hoc per ſe, iphisque ſenſibus occurrit ægrorum, quos addecet, ſi curationem exoptent, illud medico aperte fateri.

II. COMMVNIA SIGNA petuntur διποταδέων, ἢ τὸν τῆς θείας λόγον ἐξ αὐάγκης ἐπομέων, a poſteſſentialib⁹ & eſſentialiter inherēntia ex neceſſitate conſequenti⁹ ſymptomaticis aliis, vel actionum laſfarum, vel excretorum & retentorum, vel qualitatum mutatarum.

Etsi enim ſæpe natura talem excretionem moliatur, ut ſe liberet a copia ſeminali, vt̄ dictum eſt; ſi tamen ſæpius hoc contingat, varia inde promanant ſymptomatum agmina.

ACTIONES LÆSAE diuersarum facultatum inſequuntur. In NATVRALI nutritio membris subtrahitur, nec ορθεσις, ορθοφυſis ήτ̄ ομοιωſis rite perficitur, inde atrophia, quaſi & marcore corpus conſumitur. Et perditio ſeminali ſucco impotentia & ſterilitas tandem, ſi affectus diu perduret, ſuccedit.

In VITALI vires, exhausto ſubtantifici nutrimenti effluvio, vacillant & imminuuntur, totum corpus lassitudine & debilitate inſigni corripit, omniumque membrorum οὐζύγης nutare videtur, præprimis circa illud iſpsum tempus, cum aut iſtāt aut præteriit morbus. Pulsus plerimque vergit ad duritiem cum leui velocitate & frequentia; vide exemplum apud Hugonem Senenſum l. c.

In ANIMALI cerebrum maxime compatitur, memoria labascit, ingenium hebes fit, oculorum nitor perit, qui in videndo potissimam experiuntur labem, fatali vtpote conſensu cum testibus conſonantes. Dolor capitis affigit, ventriculi ſupinatio, annotante Duncano Liddelio, adeſt.

TA EKKPINOMENA quoque accersenda. Vrinis oleofum quid innatat, quandoquidem dyscrasia renūm ſeu intemperies calida comitem ſe iungit, quæ plerumque vna appetit. Hinc & tabes dorsalis non raro oriſtur, qua de in prognosi.

Ex vrina non leue de affectu ægri ferri potest iudicium: siquidem semen vna cum ipsa in scaphium profusum & illatum, illud nimirum, quod reliquum in virga manserat, innatare seu supernatare, suaque præsentia de huius morbi molestia testimonium edere amat. Sic ex huius vrinæ innatantis adspicere *Henricus ab Heer* propemodum exanimati viri cuiusdam actum venereum prægressum dignouit, *obs. 18. Idem etiam ibidem adducit, quomodo semen, ne puris & pituitæ facie decipiat, (quæ nonnunquam vrinæ commissentur,) dignosci queat.* Supernatæ nempe, ceu crustula quædam albicans, instar tremoris *Fri*, circa summa nat constanter, nec sedit agitatum: pus & pituita ad minimum motum fundum petunt. Vrinæ instar pinguedinis innatantis seminis exemplum adnotat *Hugo Senensis loc. s. p. cit.*

In vrina filamenta albis capillis similia sæpe in venereo seminis profluvio cernuntur, inquit *Lommius obs. l. 3. p. 287.*

QUALITATES MVTATÆ occurunt. Accidit interdum, vt calor molestus circa regionem renum percipiatur. Color faciei mutatur in pallidum. Oculi concaui venulas ostendunt liuidas &c.

III. CAVSÆ prægressæ & **SIMILITVDO** his maiorem afferunt lucem.

CAPV G XII.

signa subiecti, causarum, & distin-
ctiua ab aliis affectibus perputat.

I.

SUBIECTI respectu, chronicæ morbi raro per consensum aliarum partium existunt, nullo vitio essentiali in parte affecta præsente. Vero simile est, quoad essentiam μόρια γεννητὰ affici, si diu instet & moretur Δρ. Ησίος τὸ Δρ. Φύτον. Licet materiam, quæ excernitur, hauriant a toto corpore, & interdu m per consensum solum patiantur, diutina tamen mora essentialiem concipiunt labem.

II. **CAV-**
xiiii. **z**

II. CAVSA rimandam se offert. DÆMONEM se immiscere morbo, claret, si ægri ad impia stimulentur, aliaque se sistant $\sigma\chi\alpha\sigma\mu\omega$ sagaciori indaganda.

Si a SANGVINE copioso oriatur, signa plethorici aderunt corporis, præcessere causæ sanguinem generantes, effetus sanguinei erunt manifesti. Obuersabitur menti falsa specie imago adamata, delitiis mox cessuris mactans decumbentem. Semen excernetur quantitate copiosum, qualitatibus bonum.

Si BILIOSI, SEROSIque humores peccant, deprehenduntur ex temperie nativa vel adscititia; semen cum oda-xismo, acredine quadam & titillatione, prurituque genitalium expelletur: sape etiam exterius pustulis se produnt.

Si MELANCHOLICVS abundet succus, largo dilutus feto, præter cætera vulgata indicia, morbi aderunt melancholi, affectus $\Phi\iota\omega\delta\eta\varsigma$, aliaque, ceu sunt melancholia hypochondriaca, hæmorrhoides in adsuetis, &c.

CAVSÆ REMOTIORES vel ex ante dictis elucent, vel ex propriis indagandæ fontibus.

Restant distinguentia signa, quæ P. N. ab aliis affectibus secernunt, quibuscum aliquid commune habere videtur.

Differt pollutio nocturna a gonorrhœa simplici, seu profluvio seminali nimio, inuoluntario, tum interdiu, tum noctu molesto, quod citra tentiginem & erectionem membra contingit. In hac magis retentrix facultas læsa est, in $\epsilon\zeta\omega\iota\varphi\omega\gamma\mu\omega$ magis irritata expultrix. In hac semen excernitur crudum, aquosum, sine sensu, sine voluptate, imo sape cum dolore. Contraria in nocturna occurruunt venere, superius delibata.

Differt a gonorrhœa virulenta maligna. Hæc enim per contagium acquiritur, propagatur, & virofa malignitate infamis est: illa benigna, contagii malignitatisque omnis expers, si sibi relinquatur.

Distinguitur a satyriasi & priapismo, quia ibi continuo cæstro & tentigine non interpolata virilis prurit virga, absque feminis eiaculatione: hic vero erectio quidem adeat, sed solum momentanea, sed vna feminis eiaculatio.

Conuenit cum mictione involuntaria nocturna in lectum, de quo videri potest. *Duncan, Liddel.* Sicut enim in illa vrina in somno præter voluntatem dormientis irritat, ut persiphusculum destinatum profluat: ita & h. l. semen. Hinc informali conueniunt, in materiali disconueniunt, cum ibi semen, hic vrina secedat.

In mulieribus differt a profluvio albo, aliisque, quæ per se manifesta sunt.

CAPVT XIII

ΘΕΛΕΞΙ instituit.

Nihil præclarius in arte existit medica, eloquente oraculo l. i. epidem. quam λέγειν τὰ θεωρόμυθα, γνώσειν τὰ παρόντα, θελέγειν τὰ ἐπόμυθα, dicere antecedentia, præsentia cognoscere, & futura prædicere. Priora duo attendimus in causis & signis diagnosticis, non minori iure obseruabimus iam tertium.

I. SALVTIS ET MORTIS prædictio ratione GENERIS innuit, malum hoc per se non esse lethale, nisi aliud per οὐτομύθου superueniat. Fœdum tamen, aliquando periculosum & turpe audit non immerito.

Auicenna l. de animalib. inquit: *Si quid spermatis supra-*, *quam natura toleret, coitu profluat, obest magis, quam si quadrages-* tantundem sanguinis emanarit. Seu, ut alii explicant, plus decedit homini effluente vncia vna seminis, quam si quinquaginta educantur vnciæ sanguinis. Semen enim est quinta essentia, censente Heorio, flosque ac tremor sanguinis in toto corpore optimi. Hinc αΦεδιπασμός θέτειοι καθαρῆς καὶ Φυσικῆς θερμότητος. Abit aliquid per venerem sinceri & nativi calidi. Oi οὐειεώξαντες πάχει τὰ αὐτὰ, per somnum semen effundentes patiuntur eadem, ac illi, qui immoderata vtuntur venere, ait Paulus l. i. c. 38.

Aristoteles l. 2. & 3. de generat. animal. excrementa quoque de vitali principio & spiritu participare prohibet.

Helmontii illustris est assensus de magn. vuln. curat. §. 28. Nisi, ait, sanguis, imo phs, vrina, & perspirabile effluvium continuo ali-

guid

quid secum de spiritu vitali dement, bisque inesse participatio quædam totius, extra concretum naturale s. Sane non ideo brevis dies hominis foret.

Si per excrementa, vrinas, sudore &c. calidum nostrum acciditur, multo magis affirmandum hoc de seminis nocturna ~~Antipode~~.

Pollutio in principio ægritudinis eueniens significat multitudinem materiae facientis morbum, & ita longitudinem ægritudinum. In processu vero ægritudinis pollutio adueniens, significat breuitatem ægritudinum, quia significat materiam esse digestam, & virtutem expulsuam esse potentem ad expellendum, obseruante Leon. Fauent. de medend. morb. c. 74.

SUBIECTI intuitu, essentialis quæ est, maiorem sui depositum debellationem: quæ per consensum fit, licet sit facilitatis eufatoris, tamen nisi in tempore, quod rerum omnium est primum, suppetiæ ferantur, tandem essentialem partibus imprimunt notam.

CAVSARVM respectu, quæ a parente altero, seminali mediante contagio, in natum deriuatur, maximam curandi difficultatem exhibet.

Alius quæ premit morbi vestigia, facilior sanatu iudicatur, vbi scilicet naturæ expultricis motu instituitur.

Οἰον ἡ γονὶ υγετέην, υγιαίνων νεογέτερον, οἷον δὲ ταύταια, υγιεινότερον. Quibus genitum humidior est, ii minus prospera valetudine fruuntur: quibus vero hinc contraria adsunt, salubrissim degunt, ait Caus. 6. aph. 2. quod effatum repetit 6. epid. f. 6. tex. 20.

Critica omnis bona est: symptomatica omnis mala. Quæcum aliis complicatur affectibus, peior est simplici.

II. LONGITUDINIS ET BREVITATIS. Longus est affectus, qui non desideratæ breuitatis encomio extirpationem de se promittere patitur. Sed sape per multos annos perdurat. Quandoquidem natura, prout est studiosissima in conseruando & reparando prima condit, quod ablatum vi morbi est, resarcire allaborat, adeoque usque & usque supeditat materiam, & quasi per accidens morbosam protrahit duratio-

durationem. Adde huc, si ingerantur quotidie alimenta eu-
souaxa, & facile in succum & sanguinem, sicque & semen
conuertibilia, quo nec illa, naturam puta, fine suo defru-
strata habeat, quod alteret, alteratum deferat, delatum hosti
in manus dedat.

Si itaque præsidiis contrariis, εναρτιοῖς τοῖς εναρτιαγάμμα-
σι, non fortiter contra eatur, partesque & vasa laxata atque
debilitata roburentur, quo minus plus recipiant in se, quam
retinere possint, (non minor est virtus, quam querere, parta-
tueri,) quei nequit non vires sumere indies præternaturalis
hæc δυναγεσία; cum vires inde non adeo fortibus & vice
atterantur in sultibus, ipseque patiens næuum hunc suum
ostendi renuat, vt alias quoque communi in vita agitur, vt,
nisi summum vrgeat necessitatis telum, medica non implo-
retur opera paulatino progressu serpit malum, altasque in
corpore defigit radices.

III. MODVS EVENTVS. *Ad salutem terminatur robora-*
tis partibus affectis, vi naturæ alio conuersa materia. Ad mor-
tem terminatur, exhausto vitalis caloris fomite; lento mara-
smo ægrum Libitinæ consecrat. Talis euentus ad scribitur a
Coo Satyro, qui postquam per quinquennium cum fluxu
hoc molesto conflictatus esset, Φθινώδης ἐγένετο καὶ αἵτιος
tabe correptus mortuus est.

Interdum indicium maniæ instantis præbere pollutio-
nen, innuunt. Practici, quo de consuli potest. *Donat. ab alto ma-*
ri cap. de mania, aliique; quatenus nempe in isto passu ac-
cenduntur spiritus, & ob id seminalem expurgant materiam.

Impetit adeo sæue & iugiter interdum nocturna gonor-
rhœa, *Sinibaldus* conqueritur, vt multi in malum habitum &
cachexiam inde decidant, & moriantur etiam.

Si diutius instet affectio, generationis liturgiæ incom-
modat: siquidem ex frequentatis effluviis ipsum sterilescit
semen, calore & spiritibus defraudatum, & semper in dete-
rius mutatum, affluentibus reliquis humoribus, a quibus
conspurcatum iterum excidit. Totius quin etiam corporis
consumptio, tabes, hectica febris, mors, superuenire solet.

CAP V T

CAPVT XIV fontem therapeuticum , cum me- thodo medendi & indicatio- nibus recludit.

Herophilus dicebat: medicamenta nihil sunt, nisi recte uttentem fortiantur, autore Galeno 6. med. nat. r̄n. cap. 3. Proinde methodus medendi perquam erit necessaria, si ex lege artis mederi morbo velimus.

Morbus sui curationem: causā sui ablationem; symptomata correctionem postulant. Expedit prius indicatio curatoria; alterum præstat præseruatoria, tertium vitalia exsequitur.

C V R A T O R I A in pollutionibus nocturnis, iudice Langio epist. 5. l. 2. p. 574. ob renūm feruorem ac seminis copiam, mentisque intranquillæ somnia, commendat refrigerantia; ob vasorum imbecillitatem, adstringentia, & demum semen exsiccantia.

P R Æ S E R V A T O R I A acredinem & caliditatem humorum, serique in primis, corrigit, per medicamenta euacuantia, attemperantia, reuellentia, &, ne humores afflant, prohibentia.

V I T A L I S viribus consulit, confortantibus analepticas seu resumptiuis,

CAPVT XV Materiæ præsidiorum ex chirurgia.

Chirurgicum non præter nauigabimus fontem, memores Cistius: *Qui chirurgiam ignorat medicus, proprii nominis inscitiam prodit.* Poter. cent. 3. c. 87.

Primo illum collocamus loco, tum quia vetustissima est hæc artis pars, tum quia vniuersalia medicamenta habet,

F quæ

quæ iure particularibus si indicentur, sunt præferenda: tum ordine ita recepto, liberum interim, resinquentes medicō, quid primum, quid vltimum in inuentione & executione consistat.

Offendimus in eo V. S. nem. Hæc olim ignominia fuit militaris, pœnæ loco indicta iis, qui peccauerant, militibus. *Agellius N. A. l. 10. cap. 8.* Hodie vero sanguinis missio est plurimorum morborum salutare auxilium, & inter remedia, vniuersale præcipuum. *Haru. exerc. 51.*

Conuenit apprime in malo nostro, si nihil obstiterit, & habitus ægri sit ἐνσυρητός, ωλύαιμος. Quin & macri plurimo scatent sanguine, vasa ampliora possident, & liberaliorem V. S. ferunt. *Charleton aeron. animal.*

Quærenti an V. S. an purgatio præcedere debeat, reponimus Galeni illud: *Quoties duorum celebrium remediorum, phlebotomia & pharmacia, incidit necessitas, (indicatio,) semper a phlebotomia incipiendum.* Qua de re vide elegantissima apud *St. R. Castrensem, tr. de complex. morb. c. 26. p. 192.*

LOCVM quæsiti, non quidem curiosi, decreto circulationis regularum, vnam præ alia eligimus venam, cum σύρρον quadam τῷ αἷματί vndiquaque pateat via: vitanda tamen est diligenter arteria, quæ sub basilica: & nervus, aut bicipitis musculi tendo, qui sub mediana latet; nam quod ad cephalicam attinet, nihil est metuendum periculi, monitote *Ambros. Pareo l. 16. chirurg. c. 16.*

QVANTITATEM tam continuam quam discretam prudenti medici chirurgique στχασμῷ committimus. Melius tamen est, vt in defectu peccemus, quam more Gallorum nimis liberales nos præbeamus in mitten- do sanguine, quem morem nationis suæ ipse *Borellus* etiam atque etiam vehementer culpat. *cent. 3. obs. 11.*

Admittunt & coindicant V. S. i. η ἡλικίν αἱματίσσων, etas florida, media inter senilem & puerilem existens, electa ad V. S. ab *Hippocr. 4. de mt. viet. acut. t. 19.* sive in nostris terminis iuuenilis, hanc enim ætatem præ aliis tentari pollutinibus, innuimus.

2. Temperamentum calidiusculum & feruidum, quod itidem præ aliis affectui præsentि est obnoxium. Etiam sic corrígimus sanguinem, & parte dempta superflua reuellemus influentem genitalibus copiam.

3. Vires adhuc firmæ, εὐχερία, ηγή τὸ τοῦ περιουσίας χωνοὺς αἰδητούς color vegetus, & faciei floridus.

Omnia conspirant; diutius ergo his non immorabitur.

Ωμέτει τῶν ὕπων post aures arteriarum sectionem sterilitatem inducere, autor est Cœus. Si malum instet, & æger curationem vrgeat, suaderi κατ' αναλογισμὸν curiosa νοῆσεια potest. Viscuscula lacte tithymali retro aures excitata laudat Bened. Silvati. cent. 4. consil. 2.

Supplent horum vicem cucurbitulæ scarificatæ. Si vel æger sit αἱμαφόβητος, seu intentio adsit ex vena & arteria simul sanguinem deplendi, utilis erit κατάχασμός.

In diuturno malo FONTICVLI salutarem præstare possunt opem.

CAPVT XVI.

Ex pharmacia medicamina.

Inter medicamentorum pharmaceuticorum adhibitione notandum venit, omnia hic melius administrari & propinari in liquida forma & largiore quantitate, ob affectam partem remotiorem, vt eo proximius in ipsa partium affectarum penetralia irrumpere vis eorum queat, nec e contrario ob viarum prolixitatem & mæandros in prima, quod aiunt, suffocetur herba, adeoque incassum adhibetur medicamentum,

Quatenus tamen & in solida quæ præbentur, diutina mora virtutem expandunt suam, quin & mediantibus vehiculis appropriatis ad partes amandantur, laude & hæc non defraudanda sunt sua.

Inter LENIENTIA ἐκκοπεπικὰ, biliosæ cacochymix destinata *casia fistularis* primum meretur locum. Demulcit & obtundit acredinem humorum; jecori grata est; renibus eorumque squalori & calori contemperando prodest.

Nec tamarindi dimittendi illaudati, tum, quia refrigent, tum, quia adstringendo roborant. Hos Fallopius in gonorrhœa biliosa valde commendat.

Rx pulpæ cassiae recenter extractæ 3ʒ. tamarindor. 3ij.
masticis chiæ 3j. sacch. hni g. vj.
camphore g. iij. M. cum sacchari f. q.
F. l. a. Bolus S. Laxieblflein auf einmahl.

His adiungi queunt manna, sirup. de cichor. cum rhabarb. de pomis, serum caprinum, quod simul partes calentes intemperatas refrigerat & abstergit. Alterari potest fumaria, epithymo, sena, cichorio, bellide.

PRÆPARANTIA constabunt potissimum ex rad. nymphæ, alcannæ rubræ, herba lactucæ, endiu. sem. 4. frig. mai. min. portulac. fl. rosar. albar. viol. aliisque vulgatis.

Rx rad. nymphæ, cichorii a. 3ij.
fl. ros. alb. melilot. fl. alb. viol. a. mß.
fol. millefol. endiu a. mj.
sem. 4. frig. mai. sandal. citr. a. 3ʒ.

Coq. in f. q. ▽ lactucæ & plantag. ad tertias. Colat. adde sir. nymph. de rosis siccis a. 3j. M.

S. præparirtränklein auf etlich mahl.

PVRGANTIA, quod superest materiæ vitiosæ, expediunt, κατωπευτικ. Observandum tamen, non nimis conuenire fortia, μοχθηγι, scammoniata, helleborata, διατa, quæ calidiora existunt, & fermentatione humorum inducta, acredine sua in dispositis ad venerem stimulant.

Rx extract. cathol. Andern. M. P. de tereb. a. 3ʒ.
pulu. polychresti, resinae gialap. a. g. iij.
♀ dulcis g. vj. cum sir. nymph. vel essent. castit. q. s.
M. F. l. a. pilulæ xv. in pyxide. S. Purgierpills auf einmahl.

Rx spec. diaterebinth. Mynsichti, pulu. laxat. a. 3ʒ.
♂ diaphoret. g. v. M. F. puluis. In charta
S. gelindes Purgierpulverlein auf einmahl.

VOMITORIA sequuntur. Videas autores, qui solis fere vomitoris in morbis quibuscumque curandis utantur! Sic Rulandus □ a sua benedicta, Faber & Langius emetico regali, P. Renalmus stomachico, febri-fugo &c. alii ♀ vitæ, infuso ♂i, omnes aut plerosque saltim affectus præsumunt curare, quibusdam ignorantiam, aliis opinionem, cæteris ambitionem prodentibus.

Vomitum conuenientiorum solutione ventris in nostro affectu quidam censem, quia reuelliatur materia, & primæ viæ a cruditatibus euacuantur.

Quod si vero supinatio ventriculi & imbecillitas adficit, nisi a materia vitiosa vellicante contingat, cane peius & angue fugienda.

Rx conseruæ nymphæ 3j. ♀ii vitæ g. iij.

ol. anisi, macis a. gut. j. M. F. I. a. c. s. q. sacch.

Bolus. S. Brechbissen auf einmahl.

Rx □ benedictæ Rulandinæ 3j, cinnam. 3ij.

tincturæ comil. cum succ. citr. paratae 3ß.

M. S. in fistili: Brechwasser auf einmahl.

DIVRETICA in usum vocanda proprie dicta calida, si temperamentum tutius sit frigidum, œdematosum, laxa constitutio corporis, renibus & vasis seminalibus fero so acri humore stimulatis, v. g. terebinthina resina eiusque ♀ & ~. Hæc integris fere viribus & infractis ad vesicam deuenit, violaceo in ☐is se prodens odore. Hæc emplastica sua vi roborat partes, ad ☐am & alumum materiam vitiosam deducit, itaque molestissimum depellit symptoma.

Si alii concurrant affectus, hypochondriacus, scorbutus &c. tanto promptius diuretica innabunt, qua ratione nouimus studiosum laxo corpore & œdematoso terebinthinae usu conualuisse.

Calidæ temperaturæ ab huius usu caueant sibi, tandem enim abest, vt illos iuuet, vt potius noceat.

Rx conseruæ galeop sid. 3ij. resin. tereb. 3ß.

ol. eiusd. gut, iij. M. cum sacch. F. Bolus.

R 3ij. ol. terebinth. 3ij. sacch. hni 3B. camph. 3B. M.

Hoc non solum diuresin prouocat, sed & ceu specificum ab experientissimis usurpatur medicis.

R terebinth. in Δ famar. & lactucæ lotæ 3B,

succini ppt. lapidum 3B ppt.

trochiscor. de alkek. a. 3B.

M. F. pilulae. S. Harntreibende Pillen.

Ex impropriæ dictis conuenit liquor betule, tempore verno exsudans, tantopere dilaudatus Helmontio in calculo. Hic præter refrigerium, quod præstat, amabile, humores per vrinam expurgat.

Pertinent huc ACIDVLÆ, quibus doctissimus Buliater Frambesarius nocturnas pollutiones impediri, easque æstum fis frenare dicit apud Hcerium in Spadacren. cap. 14.

DIAPHORETICA materiam peccantem tenuem alio diuertunt & expellunt, exsiccant & roborant.

R bezoard. 2al. 3B. cinnab. 3 summe rectif.

confect. alkerm. in solido a, g. vij.

laudani opati g. j. M. F. puluis.

Illa sudorifera, quæ vel lixiuiosa vel acida simul sunt, licet sudorem moueant, attamen simul acredine partes afficiunt, ceu sunt ~ C. C. tintura bezoardica, M. S. alia.

An opium & opiate conueniant, ventilatione dignum. Ratio dubitandi est, quia opium non modo calidum est, Æcis atomis imprægnatissimum; verum quoque venerem ciere communiter creditur.

Distinguimus. Si a caliditate totius & renum. provenit pollutio, non adeo conuenient, quam si a fluxu & $\rho\sigma\pi\eta$ humorum ad partes.

INVNCTIO χ LIS seu ptyalismus, medicamentum heroicum, expugnat hostem inuincibilem, colophonem, addens exoptatum. Sputatio intelligitur non naturalis, non morbos, sed artificialis, excrementitos totius corporis humores vndique latitantes, euacuans.

CAPV

CAPVT XVII

alterantia & specifica deponit.

Alterantia specifica omne hic absoluunt punctum, ex regno triplici deponita.

Adstringentibus cum ratione utendum. Adstringens quidem, teste *Mesue in canon, vniuersal. theorem.* cogit, densat, diuisa glutinat, suaque crassa substantia ea omnia obtundit: Nihilominus medicus aduocatus non statim illa adhibeat, vbi natura adsuefacta quasi ad hunc fluxum, ægre dediscit euacuationem.

Galeopsidi seu vrticæ mortuæ albæ multum attribuitur specificæ virtutis. Et sane qualitate sua traumatica laxas partes adstringendo confortare, sicque huc conferre, probabile.

Vitex pollutiones nocturnas cohibet, vbi sciendum, folia quidem lumbis substrata, aut semen frequentius usurpatum hunc effectum habere in calidioribus, sed in frigidioribus contrarium, obseruante *C. Hoffmanno med. offic. l. 2. c. 6. p. 92.*

Lactuca pollutiones nocturnas cohibet, maxime quoad semen, vnde & Venus fingitur Adonidem suum in lactuca sepeliisse.

Nymphæa fl. albo quoad radicem & flores, imo & folia prodest, qua cum agno casto virgines in monasteriis uti perhibentur ad libidinis œstrum refrenandum.

De nymphæa dicit *Auicenna*: minuit pollutionem, & frangit desiderium coitus, cum de ea bibitar 3j. cum sir. de papau. & congelat ſperma cum proprietate, qua est in ipsa. *Plinius l. 25. cap. 7. ad 40.* & usurpatam ait immunem a pollutionibus nocturnis reddere. *Semen nymphæa* commendat *Galenus 8. de ſimpl. med. facult.*

Radices alcannæ, quas valde extollit *Solenander* in expurganda vesica, bistorta, symphyti, laudantur.

Cannabini seminis vi steriles homines, gallinæ fiunt fœundiores.

Antheram in aspero auersa foliorum parte inuentam ad 3j. cum

3j, cum succini albi 3*β*, ex succo portul. vel plantag. quidam commendant.

*Cinis raninus laudatur a Fauentino ad 3*β*, vel j, in vino rubro, item*

Lapis hematites, quem proprietatem mirabilem possidere ad gomoream dicit Johan. Arculan. exposit. in 9. L. Almans. cap. 9.

Crystallum optime præparatam, quo recenti crudi & integro remixtam ad 3j, impurum fluxum validissime compescere, experimento probat Sinibaldus.

Et frigidus & siccus fugit coitum, & tam in cœlo, si malum ligno adspectu femem premat, sterilitatem inducere satagit, quam in terra cupidinem in frenis habet. Vnde abscissa hno genitalia fabulae ferunt, & Poëta canit:

ο δέ έρως, ἔχων μόλυbdον τῇ τοῖς καλοῖς ποδίσκοις,
amor sed impeditus plumbo pedes tenellos.

Saccharinus hno contra femam libidinem deprecatur a chimicorum collegio efficacissimus, in tantum, ut sterilitatem nonnulli inde metuant.

Argentum de sympathia Dæ, quæ frigida & humida est, pruritus eos enecat: vnde & casta Diana a poëtis vocatur.

Rx cons. pap. rhœad. 3*β*. sem. hyosc. alb. pap. alb. a. 3j.
corall. alb. lap. hematit. a. 3*β*. M. F. cum fir. de alth.

I. a. Electuarium. S. Stopfflatwerg.

Rx conseruae nymphæ, herniar. a. 3*β*.
caul. lactuc. Ital. condit. 3*β*. sem. 4. fr. min. a. 3*β*.
rob. cynosbat. succin. ppt. a. 3j. corall. ppt. 3*j*.
oss. sep. ppt. 3*β*. tintetur. antiphthis. D. Mich. 3*j*.

M. cum fir. de symphyto Fernel. q. f. F. Elect. S. u. f.

Rx terebinth. ad durit, coctæ 3j.

pulu. fumariae, verbenæ a. 3ij.

rad. nymph. 3*β*. alth. irid. Fl. a. 3*β*.

succini 3*β*. corall. albor. 3*j*. sacch. rosat. ad p. o.

M. F. puluis S. Nierenpulver auf vielmahl.

Rx tere-

Rx terebinth. in □ plantag. 7. lote, colle & exsicc. 3j. anabre
sem. vitic. parum tosti 3j Θ stipit. fabar. 3B.
sacch. hni gr. vj. M. F. pulu. Diuid. in 4. part. eq. S. u. s.

Rx spec. diamart. Myns. 3B. crystall. ppt. 3j.
sacch. hni 3B rosat. tabulat. ad p. o. M.

Rx antibect. Poter. 3j. pulu. rad. nymphae,
fl. milzatella a. 3ij. M. F. puluis.

Rx sem. 4. frig. mai. cannabis a. 3ij.
□ nymph. polygon. castit. Mynsicht. a. q. s.

F. l. a. Emulsio. Adde antibect. Poter. 3j.

magist. off. sep. 3B. M. in fictili S. Rühlmilch.

Rx □ plantag. lactuca, rosar. a. 3ij.
rad. irid. Fl. 3B. off. sep. ppt. 3j.
sacch hni. 3B. siripi nymph. q. s. pro grato sapore. M. D.

in fictili S. Mistur wol umzurütteln.

Rx. rad. alcanna, bistortae, sympyti a. 3B.

fol. saniculae, lichenis a. mj.

fl. bellid. purpur. rosar. alb. a. mB.

sem. hyperic. dauci a 3j. sandal. citrini 3ji

M. Concis. contus. g. m. D. in charta. S. Lind. Species. Infundantur cum sero lactis caprini, quod mater omnium infusionum quibusdam audit. Bibat æger pro lubitu.

Probati remedii vicem sustinet essentia sequens:

Rx summit. millefol. serpilli, burs. pastor. a. mB.

succini 3ij. mastich. 3iB. resinæ tacamah. 3j.

Θ stipit. fabar. terebinth. Cypria a. 3B.

Ωli ♂ 3B. Extrahatur menstruo commodo l. a. Essentia. Dos 10. 20. 30. gut. in vehiculo conueniente.

CAPVT XVIII exterius applicanda commendat.

E pithemata refrigerentia ad cor, hepar, renes laudantur,,
quorum formulæ vbique extant.

Paulus Aegineta præscribit externe Φάρμακα ψυχερὰ ὑπο-
G χειόμε.α

χειρόμενα τῇ ὥσθιαι, medicamenta frigida lumbis subdita, in specie coriandrum, cicutam, cerussam, portulacam, πάντα μέτ οξεῖς, omnia cum aceto l. 3. cap. 55.

Rhazes II. continent. agnum castum & rutam in lectum strata remouere pollutionem scribit. Cuiusmodi & fieri solitum in conuiuiis Salernitanorum, annotat Averrhoes b. colligit.

Auicenna sen. 20. l. 3. tract. 2. commendat laminam plumbi super renes gestatam, sed perforatam, ut sit vaporibus extus. Hac olim athletæ, qui, perhibente Scaligero, ut valentiores essent, victoriarum spem in libidinis abstinentia collocarunt, ad proprios renes refrigerandos, & cohibendas venereas imaginationes ac pollutiones nocturnas vtebantur, ne inde eorum robur, (quod maximum semper exoptabant,) exsolueretur, ut habet Galenus l. 9. simpl. cap. de plumbo, & l. 6. de tuend. valet. cap. 14.

Deprædicat item has laminas Egineta l. 1. cap. 38. τῶις Φόαις Χωτιθεμέναις, lumbis subiectas, Andernacus M: V & N. comm. 2. dial. 5. & nemo non. Petrus a Tussignano M. N. p. 209. infundit per noctem unam & diem in acetato.

Chimici hac ratione sal causticum, calorem & nonnunquam dolorem inferens, egredi contendunt, quod pars affecta semper sub plumbeo hoc tegmine madere & sudare soleat, & quod mercurii, quo saturnus abundat, beneficio illud fiat.

Piaculis polluti olim saepius sulphure, interdum & suffitu ex verbenis & lauru, & ablutionibus ex aqua purgabuntur apud veteres. Solebant polluti aut tæda & sulphure, purgari, aut aqua ablui, aut aere ventilari, testante Peucero de diuinat. & Natali Comite. Quid vetat, & in nostra pollutione externis vti, & maxime balneis, cum herbis adstringentibus & roborantibus concinnatis? Aliqui addunt acetum.

Balneo pollutionem personatam legimus apud Rhaf. l. 24. continent. tract. 3. c. 1. in quam historiam commentantem consule Zacut. Lufit. M. P. H. l. 3. histor. 24.

Nobilem per 4. menses pollutione turbatum, a vetula per chordulam seu filum membro virili alligatum curatum esse, memorat Fauentinus.

Semen

Semen acetosae a masculo impolluto collectum gestatum
multi laudant autores, Aucenna, Gilbertus Anglicus, Finekius
alii. Experientia dudum euicit falsitatem.

Smaragdus exterius loco amuleti gestatus castitati praes-
esse, & phantasmatu arcere libidinosa, iudicatur.

Mercurialis loco supra cit. extollit oleum ex semine hyo-
scyami tam albi quam nigri, prius aqua vitæ macerato ex-
tractum, ac testibus & lumbis illitum. Addit: conferre scio.

Conueniunt vnguentum comitisse, de alabastro, diaphanis-
tico frigidum, album camphoratum, de cerussa, rosatum Mesue, re-
frigerans Galeni.

Rx vnguenti alabastr. ʒ. 3. camph. alb. 3ij. M. in fistili, S.

Lendens salblein.

Rx ol. hyoscyam. nymph. vngt. comitiss. a. 3ij.

boli armene, lithargyr. a. 3j. camph. ʒ. 3.

M. F. linim. G. Euserlich Del. Illinantur eo renum regio,
perinænum, & testes. Facta inunctione applicetur sacculus
ex linteo spermate ranarum imbuto, fol. hyoscyami & nym-
phae repletus, firmeturque ligamento circa lumbare clima.

Rx olibani, acac. hypocist. 3ij.

gallarum 3j. ladani ʒ. 3.

ol. mastich. spicæ, myrtini a. ʒ. 3.

Puluerisanda puluerisentur subtilissime & c. cere q. s.
F. vnguentum molle. In fine adde camphora gr. x. vngan-
tur eo mane & vesperi renes, ilia, pecten,

CAP V T XIX.

cum fonte diætetico claudit.

Inculcandum ægrotis semper Hippocraticum illud i. aph. i. non
satis esse, vt medicus faciat, quæ sui sunt officii, sed ne-
cessere, vt & æger & adstantes cum medico conspirent, adeoque
externa omnia bene se habeant.

Expedit illud diæta triplex: naturalis, vitalis, animalis.

In NATVRALI CIBI ratione qualitatis sint boni, vi-
scosi, & satis multi nutrimenti, non duræ digestionis; ra-
tione quantitatis mediocres.

Panis, ceu fundamentum reliquorum, sit bona notæ
biscoctus etiam conuenit,

Carnes conferunt gallinarum, caponum, phasianorum,
perdicum, capreorum, vitulorum.

Ex aquaticis pisces saliti vitentur, halec absit a mensa.
Cancri, limaces conducunt, sed aromatum non ebrii copia.

Pultes conueniunt viscositate commendabiles, milium,
oriza cum lacte cocta.

Cucumeres, cucurbita, lactuca, endiuia, olus album
præbeantur. Amara & acida deuitentur, vel parce adsu-
mantur. Aromata vt & sal in præbio non peccent.

Leguminum flatulentorum usus fit moderatus, in primis
caueantur fabæ, κύαμος γδ δυσόνειρος, inquit Diosc. l. 2. c. 96.
faba insomnia turbulentia ciet, præter id, quod inflat, flatus pro-
ducit, & ægre concoquitur.

Caseus vetustus communibus damnatur votis.

Fructus ὡραῖοι, humiditatibus excrementitiis infames,
exulent.

In fine cibationis seu cœnæ consulendum rob. cynosbati;
habet enim non modo vim reprimendi humores, vt cydo-
nites; sed & temperat eos, & calorem renum infringit, &
est diureticum, censente Höfero Herc. med. p. 261. Pulus
pepticus post cibum ex puluere analeptico Dn. D. Presidis, co-
riandro, nymphæa, sem. anisi, &c. cum saccb. rosat. tab. confe-
ctus, vapores ex nonnullorum sententia reprimit.

POTVS sit cereuisia non nimis lupulata, lolii expers;
triticea præstat hordeacea. Vinum nigrum stypticum con-
cedi potest. Generosum parca & auara detur manu.

In VITALI AER sit temperatus. Ut enim calidus
fundit humores; ita frigidus concentrat. Si nimis ferueat
sirius, aquæ frigidæ vaporibus temperetur hospitium, be-
tulæ, viticis, rosarum alteretur effluuiis. Fugiantur venti,
aquilo & austro. Mora sub radiis solis & lunæ diurna vi-
tetur.

In ANIMALI OTIVM ad ultimam reletetur Thu-
len: res, age, tutus eris. QVIES & desidentia nimia, præ-
fer-

fertim lucubrationes post pastum, in multam protractæ no-
tem, affectus hypochondriaci aliorumque malorum fera-
ces, fugiantur. Non vim habet suam ventriculus, euocato
ad laborantis cerebri subsidium igne.

MOTVS ad incalescentiam, ad lassitudinem, ad fu-
dorem, summopere noxijs. Cui cura valetudinis, præcaue-
re morbum potest, si, exceptis mediocribus exercitiis, a cur-
su, saltu, lusu, pugilatu vel abstineat, vel iisdem parcissime
vtatur.

SOMNVM meridianum concedimus, laudamus, com-
mendamus. Nocturnus instituatur ad valetudinis, non lu-
xuriei regulas, pedibus retractis in dextum latus decumben-
do. Nec nocet post primum somnum surgere & ambulare
per cameram, quod consilium est *Hugonis*, donec corpus a-
liquanto refrigeretur.

Locus non exhibeat picturas venereas & obscenas, sit
purus, ab aere externo, lunæque radiis liber.

Tempus ad necessitatem non voluptatem reguletur.
Qua nocte ingratus accedit hospes, instituatur longior pro
virium recuperatione.

Non temere dorso incumbendum. Vena enim caua
spinam dorsi inuestiens interius calorem a renibus submini-
stratum concipit, & fuligines ad caput mittit.

*Lethæa est resupina quies, hinc omnia pallent
membra, iecur, nerui, ren, caput, os, stomachus.*

Lectus sit durus; mollibus enim delectatur venus, du-
ra refugit.

VIGILIÆ non excedant sanitatis leges, sed natura-
lem debitam cum somno seruent *συμμετέχων*.

EXCERNENDA debito reddantur tempore, ne
plus iusto protracta ob vicinitatem genitalia afficiant. Si
feces duriores ob siccitatem intestinorum, laxentur hume-
ratis internis & externis. Astricta aluus libidinem
auget.

Hæmorrhoides quibus fluere assolent, si subsistant, ap-
propriatis excitentur, vel phlebotomo aperiantur.

Inter ANIMI PATHEMA T A amor & cupido prescri-
bantur. Cogitationes quæcunque lasciue extirpentur ex a-
nimo, obiecta venerem vlo modo inducentia remoueantur.
Sermones parcant libidinosas immiscere facetias.

satius est, id operam aegrum dare, istum qui amorem ex animo amoueat, quam id loqui,
quo magis libido frustra incendatur.

Enī ἐάραν γίνεται τὸ ἐπάν, oculi in amore duces excē-
centur, non amoris spiculo, sed rationis cauterio. Aures V-
lyssis & Athletarum obturentur cera, ne irrepat, cordisque
transcendat meditullium, medullisforba dulcedo.

Optimum remedium, vltimum asylum, sacra anchora,
est honestum coniugium. πολλοὶ γὰρ εἰς αὐτοῦ φερόσιων καὶ συνεχῶν
ἐνεργωμάτων απολλάγονται. Multi enim ex Venere, tu coniugium
substitue, etiam a seminis per somnum assidua profusione liberati
funt, ut colligere licet ex Paulo I. i. f. 35.

Τῷ Θεῷ δόξα.

NOBILI ATQUE CLARISSIMO
DN. GEORGIO WOLFGANGO
VVEDELIO,
MEDICINÆ DOCTORANDO
MERITISSIMO,
supremam Cathedram conscendentii ac pro summis in Medi-
cinâ honoribus publicè disputanti
FELICITER!

Hactenus insignes mirata est Jena labores,
Posthæc ex merito præmia larga feret.

Quæ animitus precatus, hoc quicquid est, affectui
honoriique & quidem singulare testando

L. M. Q. scribebam

IOH. ERNESTVS GERHARDVS,
S. S. Th. D. & P. P.

CLA-

CLARISSIMO
VVEDELIO

pro impetranda
LICENTIA

*summos in studio medico capessendi honores
gratulatur*

A E I O Σ!
ad clamans

GVERNERVS ROLFINCIVS,

Phil & Med. D.P. P. Academiæ Senior.

Sublimi series sidera vertice,
VVEDELI, cito dum tollis humo pedem,
& docta geminos mente petis polos.

Iam pridem e medio sustulit alueo
doctum Sala caput, ter manibus dedit
signum lætitiae, pulpita scanderes
cum quondam in sophico seu medico choro.

Gratatur calidis insuper ausibus
plausu, teque simul gestit ad æthera
jam jam tergeminis tollere honoribus.

Conatus laudare tuos res æqua videtur
Cesse mihi, & dociles concelebrare manus.
Ergo quos peperit tua nunc tibi Musa patronos,
ut sint consilio, sintque secunda precor.

Excellentio DN. WEDELIO, pro Doctoratu in Arte
medica solemniter impetrando, disputanti, ex
animo gratulatur successus invidendos

JOH. THEODORVS SCHENCK,
Med. D. Prof. Publ.

Culto.

Cultorem nunquam dimittit *�*perita;
VV E D E L I , satis hinc , quæ sua dona , vides.

Clarissima Dn. Doctorando animitus gratulatur

Ioh. Arnoldus Friderici, D.

P. P. p. t. DECANVS.

Floræ sacerdos , candidatus attium
pulcherrimarum , filius Hygeæ bona ,
adulterino haud editus partu , frequens
qui spurcat orbem literatum hoc seculo ;
certus salutis autor ; o victor potens
sævæ cohortis febrium , nostræ bonus
& sanitatis stator , & cuivis leni
primis sub annis , qui juvenis addunt choro ,
æquandus omnium scientia gravi
rerum , decora laurea quivis siet
nunc dignus , Hygea bona quam donat suis ;
Id veritate jam loquor salva : tamen
V V E D E L I V S quovis meus erit dignito .

*Hoc extemporaneo
de honoribus , quos ob raram eruditionem ex
merito acquirebat ,
Fautori & Amico suo honoratissimo Inque gratulari
debuit , voluit*

M. JOH. PRÆTORIUS , Quedlinburgensis ;
Facult. Philos. Adjunctus.

F I N I S.